cuiusvis dominii iurisdictionem praesumat sibi iure haereditario vendicare, cum his et aliis libertati praefatorum contrariis, seu omni proprietati praesenti tenore piene liquet nos per liberum arbitrium renunciasse. Praescripti ergo monasterii abbas cum fratribus advocatum qui bonus et utilis censetur, si voluerint, sibi praeficiant. Alias, cum coeperit esse molestus, gravis et iniuriosus, repulso eo, alium in huiusmodi officium substituant, nec quisquam hoc calumnians causetur eam successive sibi relictam potestatem. Praeterea decernimus memorato monasterio tale ius perpetuo stabilire: videlicet ut in silva Altorffensi [3]), quae proprietatis iure perhibetur ad nos spectare, absque omni contradictione, ligna succidant fratres ad aedificia fabricanda, ad ignium copiam frutecta, et virgas ad saepienda eorum omnia rura, porcosque pascant in ipsa gratis et sine pretii emolumento. Novalia quoque, quae per se fratres excoluerint aut dicti monasterii homines in fato nemore, cum decimis et pleno iure proprietatis eisdem elargimur pacifice possidenda. Insuper sancimus in aevum constitutione permansura, ut saepe dicti loci praelatus vel sui nuncii universorum hominum propriorum et censualium monasterii, nec non et ecclesiae de Berge [4]) excessuum negligentias corrigat et puniat, quem in his agendis nemo ulla auctoritate intendat impedire, sibi iudicandi usurpans praefecturam; nisi forte de consensu, scientia et permissione dicti abbatis et fratrum hoc sit ordinatum. Denique cum facilitas disciplinae existat noverca, ut non huius fomite praelibatorum hominum familiam contumaciter contra exhibendae servitutis munia

unde gůt der selben hofstette mit lehenschaft oder mit phantsatze, mit dekainer [4]) schlahte kŏffe oder wehsel; unde ist aber daz es beschiht, swenne es der . . abbet andot über lang oder kurtze, so het es kraft me nit. Die lüte nieman gebunden sint ze dehainer schlahte dienst, es si der zinser oder der aigen, nůn dem abbet unde sinen brůdern von der samenunge [5]). Die sont ŏch ir missetat rihten swie dü schulde stat, sü wellent denne des phiegers botten dabi han; des sol denne der dritte tail des gewettes schatze [6]) sin, unde dem . . abbet dü zewai tail beliben. Wir haint daz dikke wol befunden daz aller zühte lihtsenfti ain stüfmůter ist, darumbe binden wir . . zinser unde aigen in die gehorsami, daz iemer me der . . abbet unde sine botten haben gewalt, an alle iersami, mit in ze ordenenne swaz sinem closter aller nutzbürst sie, ze besetzende unde untzetzende; swele sich da wider setzet, den tewing er unde zühtege in an lip unde an gůt. Über dis so setzen wir ŏch, swele des selben gotzhuses man sich zühet in aine stat, dü geaigenot oder gevriget ist, davon soll nit gesperret werden sinem gotzhuse enhain dienst oder reht, an vällen oder an dehainer schlahte dinge, noch en sol der stette vrihait, reht, gewonhait, ainunge noh gesetzde dem gotshuse dar an enhain schade wesen [7]). Wir gebent ŏch gewalt dem . . abbet unde sinen botten ze besetzende unde ze untzetzende ällü irü gůt, an alle iersami, unde miet aller vŏgte. Wan von den vällen krieg unde missehellunge her nah mag komen, dar umbe wellen wir ain sicherhait setzen die disü hantfesti wol sait gemainlich über al, er sie aigen oder zinser

rebellando accidat murmurare, non immerito eius species ac iura ab eis exigenda arbitramur liquido distinguenda, ut omni ambiguitate seclusa praesenti scripto de tenendis persolvendis plenior sciatur fides. Pluries itaque dicti homines proprii vel censuales praenominati monasterii aut ecclesiae de Berge bona ad fratrum sustentationem delegata colant, et cultui istorum operam dare recusantes id facere compellantur. Non advocato, sed praelato praecariam, cum indiguerit dare, noverint esse se debitores, ac in omnibus debita fidelitatis devotione ei subiaceant. Porro si quis de saepius praenominatis personis censualibus seu propriis monasterii aut sancti Petri in Berge de medio sublatus diem clauserit extremum, liberis carens contubernalis conditionis, omnium rerum suarum, mobilium et immobilium, medietas pro mortuario, quod theutonizatum Vahl dicitur, assignetur monasterio, nullius loci consuetudine, pacto aut privilegio, iure vel libertate obstante. Siquidem decedens prolem superstitem, suam conditionem sequentem, si reliquerit, quod vulgo Gnoz vocari solet, tunc melius quod est inter defuncti habita, quod dicitur Türiste Guet, de ipso accipiatur, nullius rei beneficio impediente. Ut autem arctius fidelium mentibus memoria infigatur collatorum bonorum multotiens scripto monasterio ab eis qui primordiale orditi sunt fundamentum pariterque a nobis, de eis per singula vocabula ipsorum specialem proponimus facere mentionem. Contulimus igitur saepissime posito loco in perpetuam dotem ecclesiam in Altorff cum decimis et mancipiis, ecclesiam de Berge cum decimatione sua et

des closters, oder sant Peters ze Berge, die mit ainander in ainem reht sont an widersatz sin: Swenne ainer bi siner genôssenne ververt, unde enhain kint lat, oder lat er kint dü gesundersassot sint, daz gotzhus von dem sol nemen, ze dem ersten sin best gewant als er ze kilchen unde ze strasse gie, unde denne ain daz türste gût, dar nah den tail über alles daz er hat gelassen. Lat er aber kint dû von ime ungeschaiden sint, daz hoptreht sol man von dem nemen als vor gesait ist, unde daz türste daz er under dem varenden gût lat, daz ander sine erben sulent han. Stirbet aber dehainre an genosschaft, da sol vor us dem closter werden hoptreht unde daz türste gût unde tail über alles daz er hat gelassen, ligendes unde varendes. Noch en sol dehainer stat noch landes gesetzde, gewonhait, noh dekainer schlaht hantfesti oder vrihait disem nit widerstan noch des gotzhuses reht geswechen. Nu wellen wir ôch künden fürebas den richen unde den armen, daz wir opfereint ze ainer ewigen wideme, dem hailigen blût üsers herren Yesu Kristi unde sant Martins, unde ôch sant Ôswaldes den gewalt in Altorfer walt: swaz des gotzhuses lüte in demselben walde gerütent mit aigenr kost, daz soll mit aigenlichem reht des closters iemer sin. Wir geben ôch dar zû den zehenden in dem selben walde über älliu nügerütte, unde geben ôch aigenlich unde eweklich der samenunge urlop ze hôwende in dem selben walde alles des sü bedurfent, ze zimber, ze zünne, unde ze wittenne [8]), unde schlehtes ze allem hôwe sol er in unversperret sin, als ir aigenliches gût, an alle miet unde lon. In demselben rehte sont sü

omni familia utriusque conditionis, censualium ac propriorum, quae abbatis iussionibus veluti veri domini humiliter obediat. Diepolteshouen, Hadeprechteshouen, Ethishouen, Wilar, Acha, Owa, Stainibach, Horwe, Bibersei cum lacu, Forchsei cum lacu, Sechensei, Ruti et iterum Ruti, Fuligunstat cum ecclesia et caeteris appendiciis, Bugen, Bruwartesberc, Bongarten, Köpfingen, Banriedt cum suis decimis, Lancrein cum suis decimis, Ruthelum cum suis decimis, Lochum, Burein, Vlun, Obersulgun, Diethenweilar cum decimationibus Stelinunriedt, Rudolfesriedt, Hainrichesriedt, Hubechunbach [3]), Einote, Aschaha, Escimos, Berga in Augustensi dioecesi cum hominibus et caeteris appenditiis, Burengowe, Turindorff, Hunberc [4]) cum hominibus et Alpium pascuis et lacu Alpesei ac universis aliis appenditiis. Frenchenbach et Hagenawe cum eorum attinentiis, cellam de Buchorn cum ecclesia parochiali quae est in atrio monasterii. Huius advocatiam nemo alicuius rei gratia pro beneficio attemptet conferre, nec eam in aliquo a Wingartensi ecclesia, cuius adeptata est filia, quis conetur segregare, firma unione et indissolubili cum in omnibus per nostram ordinationem in unum individuum sint unita. Quod si aliquis sub simulandae oblivionis mendacio secus facere ac nostrae ordinationi obviare voluerit, per praesens privilegium revocetur, cassetur, et prorsus infirmum testificetur. Praedium in Mechenburre, Torrenburre cum hominibus et investitura ecclesiae cum duabus partibus decimae. Cum itaque supra memoratum monasterium cunctaque praemissa in sublevationem necessariorum deo illic famulantium legata plena libertate extant per nos insignita, ne irū swin dar inne halten, noch en sol in ze nihte vor versperret wesen. Daz der selben gestifte ze Wingarten ere unde wirdi allewege ufgange unde merende sie, dar umbe bevelhen wir in des abbetes phliht unde gehorsami die celle da ze Bůchhorn mit aller aigenlicher ehafti, unde verstrikken alle schidunge, entzewüschen in. Swer ze Wingarten phleger sie, der habe die selben celle in sinem schirme. Dabi der hat enhainne gewalt ze lihende vogteige, oder ze vorkŏffenne, oder ze versetzenne über die celle, lütte oder daz gůt. Ist aber daz es iemer anders ergat, enhain kraft noch stäti wider den . . abbet unde siner samenunge es niemer gehat. Wir aigenen ŏch dem closter ze Wingarten üserü vrigen aigen als ain fürst tůn sol, mit allem reht als üser vordern her braht haint, der sümelicher namen wir wellen an dis hantvesti setzen, durh die gemainen kuntschaft. Daz ist der phrůndensatz der lütkilchen ze Altdorf, die aigenschaft des zehenden über alles kilchspel, der kilchensatz ze Berge unde die zewene taile des zehenden, unde allem lüte daz dar zů höret unde zinser oder aigen ist, den hof ze Diepoltzhouen [9]), unde daz aigen ze Hetzlinswiller, Stadeln, Hegbach, Frenkenbach, Hagnŏwe, Ibach, Gambach, Langrain, Barnriet, Rüttelon, Hadbrehtzhouen, daz aigen ze Berge, Ettishouen, Wiler, Aichach, Horwe, Bongarten, Liebenrüti, Rüti bi Vronhouen, Korbe, Růprehtzbruge, Rüti, Stainibach, Ŏwe, Mingoltzŏwe, Bügen, Kepflngen, Krayenberg, Ailingen, Oppoltzhouen, Lochen, Vln, Staininтal, Sibrantdesberge, Åschach, den hof ze Mämingen, Ramungen, Dŏrnidorf, Berge, Vrsingen, unde daz aigen ze Dürnkain [10]).

aliquid huic libertati oppositum et inimicum aliquibus machinationibus moliatur, interdicimus advocato, ab abbate et fratribus, ut supra est expressum, electo, ut nunquam praetextu alicuius amicitiae, aut servitutis, vel homagii, in enervationem atque elusionem nostrae constitutionis, alicui comiti, baroni vel militi advocatiam super homines aut praenotata bona vendet, vel obliget, in feoudum conferat, aut aliquo modo alienare audeat, ne remissionis nostrae gratia aeternae servitutis laqueo vinciatur. His nimirum intermissis quicunque huic decreto, violando in eo contenta, contraire non timuerit, maledictionis perpetuae culpam incurrat, ac irrevocabilem iram districti iudicis acquirat, ut extremo in examine audiat hoc propheticum sibi obiectum: deus! venerunt infideles in haereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.

Swer disü vorgenantü gût, imer dem gotzhuse enphûre, oder mit willen gesweche, unde mit dehainer slahte sache unnützbaer mache, den tûge got in den ewigen ban unde flûch, unde schaid in von allen himelschen sälden, unde schlah in in den ewigen tot. Den selben gottes vigent unde sines türen blûtes laden wir umbe daz selbe main für gottes rihtstûl an dem iungesten tag ze antwûrtenne gottes blûte, sant Martins, sant Ôswaltz, üser ôch mit an der clag. Disü hantvesti wart von üserm gebot geschriben unde gegeben do von Kristes gebürte waren vergangen tusent iare unde nüntzeg iare ze mittem Brathode.

In praedictorum passim omnium recordationem praesens scribi iussimus instrumentum, et ad cassandam omnem praevaricationem nostro sigillo communiri.

Actum anno domini MXCIII., idus Iunii, indictione II. [5]), pontificante Vrbano secundo, regnante Romanorum imperatore Hainrico quinto, ad limpidissimam certitudinem filiis nostris Guelphone et Hainrico astantibus et consentientibus, praesente etiam Hainrico [6]) duce Sueuorum et comite Marquardo de Schwarzache [7]), comite Berchtoldo de Wartenberc [8]), comite Hartmanno de Veringen [9]), Vlrico comite de Simeringen [10]) et aliis multis illustribus viris et nobilibus. (L. S.)

Noch der Verfasser des Weingartner Repertoriums (von 1795) theilt beide, sowohl die lateinische als die deutsche, in den Acten des Klosters mit dem Namen der „Stifterbriefe" belegte Urkunden, nach ihren angeblichen Originalien in ausführlichem Auszuge mit, und beschreibt deren Aeusseres und die Beschaffenheit ihrer Sigille. Sie sind seither spurlos verschwunden. Dagegen haben sich von beiden mehrfache beglaubigte Abschriften erhalten. Von der lateinischen zwei gleichmässig unterm 26. Januar 1685 von einem Notar mit Unterschrift und Siegel bekräftigte, deren eine oben zu Grunde gelegt ist (ältere sind nicht vorhanden). Von der deutschen ein s. g. Vidimus des Bischofs Rudolf von Constanz vom 7. Mai 1326, worin auch zwei andre, noch jetzt im Original vorhandene, ächte ältere Weingartner Urkunden aufgenommen sind. Ferner ein Vidimus des Königs Sigismund, ebenfalls zu Constanz unterm 22. April 1415 ausgestellt und mit dessen Majestätssigill besiegelt, worin überdiess die angeblich Welfische Urkunde noch ihrem ganzen Inhalte nach bestätigt wird. Der Text des ältern Vidimus liegt oben zu Grunde, die Abweichungen des zweiten sind, soweit sie erheblich scheinen konnten, unten angegeben. Uebrigens sind beide Urkunden entschieden

falsch und wahrscheinlich im 13. Jahrhundert, zum Theil auf ächte Urkunden sich gründend, unterschoben. Als bemerkenswerth darf dabei vielleicht angeführt werden, dass schon der Verfasser des erwähnten Repertoriums, obgleich er dem Gedanken an die Unächtheit jener beiden Documente nicht Raum zu geben vermag, doch die wenige Uebereinstimmung ihres Inhalts mit einem unzweifelhaft ächten Traditionsbuche des Klosters aus der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts (es wird weiter unten mitgetheilt) höchst auffallend findet. Er sieht sich eben desshalb zu dem wohlgemeinten Rathe veranlasst, es möchte das Stift in ausgebrochenen Rechtsstreitigkeiten, in welchen jene ersten Urkunden als Beweismittel mit wenig günstigem Erfolge vorgelegt worden waren, nicht etwa auch noch zum Traditionsbuch seine Zuflucht nehmen. Er besorgt, es könnte, statt dem bereits erschütterten Ansehen der erstern wiederaufzuhelfen, eher auch noch das des letztern, wenn gleich mit Unrecht, dadurch blosgestellt werden.

Anmerkungen zum lateinischen Texte.

1) Dieser Titel kommt in gleichzeitigen Schriften nirgends vor.
2) Die Erklärung der Ortsnamen in beiden Urkunden s. unter Anm. 10 des deutschen Textes.
3) Schreibfehler statt *Hubechunberch*.
4) Beide beglaubigte Abschriften lesen unrichtig so. Es muss mit einer vorhandenen unbeglaubigten gelesen werden *Zunbere*.
5) Die Indiction zu 1090 ist 13, zu 1093 1, passt daher in keinem Falle, es mag nun *tertio* zur Jahreszahl oder zu idus gezogen werden. Die deutsche Urkunde entschied für 1090.
6) Im Jahre 1090 war kein Heinrich, sondern ein Friederich Herzog der Schwaben; dessen Gegenherzog bis 18. Mai 1090 Berthold von Rheinfelden. Von 1092 an war Berthold von Záringen Gegenherzog.
7) und 8) Beides fingierte Namen, die um 1090 gar nicht vorkommen.
9) und 10) Beide um beiläufig zwei Jahrhunderte zu früh.

Anmerkungen zum deutschen Texte.

1) Schreibfehler für *Norgeiwe* Das Vid. K. Sigismunds liesst *Norggöw*.
2) K. Sig. Vid. liest: *an der gehügt wierig sind man vergesse — man tueg.*
3) K. S. Vid. *zu verendern dehain vogtey.*
4) K. S. Vid. *phantschatse mit dehainer.*
5) die Worte: *von der samenunge* fehlen im Vid. des K. Sigismund.
6) K. S. Vid. *des wetschats.*
7) K. S. Vid. *dehain schaden daran wisen.* Der ganze folgende Satz bis *vögte* fehlt in des K. S. Vid.
8) K. S. Vid. *zu symmern zu tüni und ze witten.*
9) K. S. Vid. lässt alles folgende bis *zu Berge* aus und fügt es nachher zwischen *Ailingen* und *Oppoltshouen* ein. Auch liest es *Atzelenwiler* statt *Hetslinswiller,* und *Haltprehtshouen* statt *Hadbrehtshouen.*
10) Zur Erleichterung der Vergleichung mit spätern Urkunden folgt hier die Erklärung der zahlreichen Ortsnamen in beiden Texten in alphabetischer Ordnung. Bei ganz unbedeutenden Abweichungen der ältern Namen von den neuern sind erstere nicht beigesetzt. Namen die nur in der lateinischen Urkunde vorkommen, sind mit †, die nur in der deutschen, mit * bezeichnet. R bedeutet O.A. Ravensburg.

Acha: Aichach, R. *Aeschach, Aschaha:* Eschach, Ober- Unter-, R. Ailingen, Ober- Unter-*, O.A. Tettnang. Alpsee†, kleiner See, baier. L.G. Immenstadt. Altdorf, R. Altdorfer Wald, noch jetzt so genannter, ausgedehnter Waldbezirk in der Nähe von Weingarten. *Atselenweiler*:* Alzenweiler, R. — Baunried, R. *Barnriet:* dasselbe. *Berga in Augustensi dioecesi:* Berg, unweit Mindelheim, K.R. Baiern. *Berge:* Pfarrweiler Berg, R. Bibersee †, an der Strasse von Weingarten nach Altshausen unweit Baienbach, R. *Bongarten:* Baumgarten, R. *Bruwartesberc†:* nach den Weingart. Registern das heutige Lupratsberg, R. Buchhorn, jetzt Friedrichshafen, O.A. Tettnang. *Bugen, Bügen:* Niederbiegen; früher

bestand dicht dabei auch noch ein Hof-Biegen, R. *Burain* †: Burach, R. *Burengowe* † scheint der Bezeichnung im Traditionsbuch zufolge Burgau a. d. Mindel, baier. L.G.S. — Diepoldshofen, Ober- Unter-, R. Dietenweiler †, O.A. Wangen. *Dörnidorf,* Derendorf, baier. Herrsch.Ger. Kirchheim, *Dürnkain** Türkheim. a. d. Wertach, baier. L.G.S. — Einöde † R. *Escimoos* †: nach den Weingart. Acten gleichbedeutend mit Meschen- oder Meuschenmoos, R. Ettishofen, R. — *Forchsee* †: der Nähe der mitgenannten Seen Bibersee und Schrekensee wegen wohl Vorsee, See und Ort dieses Namens; sonst ist eine Reihe älterer Lehenbriefe vorhanden über den „mittleren See in den Forehen bei Lengenweiler," R. Frenkenbach, bad. B.A. Meersburg. Fulgenstadt †, O.A. Saulgau. — Gambach*, O.A. Waldsee. — *Hadeprechteshouen* wird durch die Variante *Haltprechtsh.* dem heutigen Namen Alberatshofen, R, näher gebracht. Hagnau, bad. B.A. Meersburg. *Hainrichesriedt* † lag nach vorhandnen Weing. Lehenbriefen bei Augsburg und zwar „in der Reischenau bei Raitenbach." *Haltebrehteshouen* s. *Hadebr.* Heggbach*, O.A. Biberach. *Hetzlinsweiller**, s. Atzelenweiler. Horb, R. *Hubechunbach* †: ist ein Schreibfehler für *Hubechunberch,* wie es im Trad.buch heisst: Hübschenberg, und zwar dieses im O.A. Ravensburg, ein andres (vgl. unten Stellinunried) liegt O.A. Tettnang. — Ibach*, R. — Köpfingen, R. Korb*, R. Krähenberg*, O.A. Wangen. — *Langrain,* als Ortsname nicht mehr gebräuchlich, Appen und die Füglismühle unweit Waldburg, liegen am Langrain, R. Liebenreute*, R. Lochen, R. — Meckenbeuren † Ober- Unter-, O.A. Tettnang. Memmingen*, K.R. Baiern. *Mingoltsau**, dem Weing. „Urbuch" und Lehenbriefen zufolge mit verändertem Namen das heutige Wiggenhaus. — Obersulgen †, R. *Oewe,* Eyb, R. Oppeltshofen*, R. *Owa,* s. *Oewe.* — Rammingen* an der Wertach, baier. L.G. Türkheim. *Rudolfesried* †, Russenried, Ober-Unter-, O.A. Tettnang. *Rüti,* s. Ruti *Rüti bi Vronhouen:* Reute- Fronhofen, R. *Rüttelon,* Ritteln, R. Ruppreehtsbruck*, *Ruti:* Reute, beide R. — *Sechensee* †, ohne Zweifel Schreibfehler für Schreckensee: See und Ort dieses Namens, (vgl. oben Forchsee). *Sibrantdesberg**, wohl Seibrants, O.A. Leutkirch, vielleicht sollte *Sibrantes* für sich und *Berge* für sich stehen. Stadel*, O.A. Waldsee. Steinenbach, O.A. Saulgau. Steinenthal*, O.A. Leutkirch. *Stellinunried* †: Stellen- auch Hinterstellenried genannt, dem Weingart. „Urbuche" zufolge jetzt ein und dasselbe mit Hübschenberg, O.A. Tettnang — *Torrenburre* †: Dornbirn im Vorarlbergischen. *Turindorf* s. Dörnidorf. — *Üln, Vlun* heisst in ältern Lehenbriefen der Ülen- oder Ühlenhof, später der Hof zu Ühlen und zu Felden, dann zu Ühlen und zu Felds, heutzutage allein noch Felz. *Ürsingen**: Irrsingen, baier. L.G. Türkheim. — Weiler, R. — *Zunberg* † (so, nicht *Hunberg* ist zu lesen, s. Anm. 4 der lat. Urk.) Zumberg, baier. L.G. Immenstadt.

CCXLI.

Wernher von Kirchheim und seine Mutter Richinsa vermachen dem Kloster Allerheiligen in Schaffhausen ihr Eigenthum an genannten Orten.

Ulm 1092. *Mai* 2.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus Christi || fidelibus, presentibus scilicet et futuris, quia ego Werinharius || de Chilicheim [1]) trado cum matre mea Richinza ad monasterium || sancti salvatoris [2]) quod situm est in villa quę dicitur Scafhusen, ubi venerabilis Sigefridus abbas gregi dei preesse cernitur, quicquid proprietatis habere videor in locis istis: Plidolfeshusin [3]), Butinsulza [4]), Tegirslath [5]), Hirmilbrunnin [6]),

Flinswangin [7]), hoc est terris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, mancipiis, exceptis militaris vitę personis. Cetera omnia ad illud patrimonium pertinentia ex integro trado, inquam, ad prefatum monasterium pro salute animę mee et patris ac matris mee et omnium parentum meorum, et, quia in Christo omnes unum sumus, pro salute et requie omnium fidelium vivorum atque mortuorum. Ut autem hęc traditio iusta ac solida ratione confirmetur, allego illud libera manu in manum Ottonis de Chirchberc [8]), ea videlicet conditione, quatinus dum superstites extiterimus, vel alteri post obitum alterius, nobis obtineat, deinde in ius et potestatem prefati monasterii libere attribuat et asscribat, nisi causa salutis animę meę, ego superstes, ego, vita comite, sponte ac voluntari; domino salvatori et omnibus sanctis eius predictum patrimonium meum velim absolute donare. Actum anno ab incarnatione domini millesimo XCII., indictione XV., VI. nonas Mai, in loco qui dicitur Vlma, in presentia ducum Bertoldi *senioris* [9]) et Welfonis *senioris* [10]) et aliorum maiorum, qui ibi convenerant ad quoddam colloquium [11]). Cuius rei testes sunt comites Hartmannus de Chirchberch [12]). Hartmannus de Gerohusin [13]). Hugo de Tvwingin [14]). Hugo de Crauinegga [15]). Manegoldus de Alshusin [16]) et multi alii maiores ac minores. Cônradus de Wirtinisberk [17]). Manegoldus et frater eius Herimannus de Rordorf [18]). Adelbertus et frater eius Beringerus de Stubirsheim [19]). Bertoldus de Goggilingen [20]). Bertoldus de Heudorf [21]). Egelolfus de Oninburrin [22]). Ego itaque Gisilbertus Vlmensis ęcclesię presbyter scripsi et subscripsi *(Recognitions-Zeichen)* feliciter. Amen. Amen. Amen.

Mit dieser Urkunde ist die über den Vollzug des Vermächtnisses, in Rotenacker 1116, ausgestellte in unmittelbare Verbindung gebracht, so dass die jüngere gleichsam als der Schluss der ältern erscheint. Beide stehen auf einem zweispaltigen Pergamentblatte und zwar so, dass die ältere Urkunde auf der ersten, die jüngere auf der zweiten Spalte geschrieben ist. Wahrscheinlich wurde gleich bei Ausfertigung der ersten Raum zur später geschehenen Ausfüllung durch die zweite gelassen. Das Verdienst, diese geschichtlich sehr merkwürdige Originalurkunde im Kantons-Archive in Schaffhausen entdeckt zu haben, gebührt Herrn Pfarrer Dr. Kirchhofer zu Stein am Rhein, Kirchenrath in Schaffhausen. Obiger Abdruck ist nach einem Facsimile von seiner Hand. Auf dem Rücken der Urkunde steht: IN HAC CARTA CONTINETVR DELEGATIO TRADITIO CONFIRMATIO RERVM ET POSSESSIONVM FELICIS WERINHERI IN NOMINE DOMINI AMEN. Ferner *Confirmatio Werinheri de Chilicheim.*

1) Kirchheim, O.A. Ebingen.
2) Das Kloster Allerheiligen in der Stadt Schaffhausen in der Schweiz.
3) Pliezhausen, O.A. Tübingen, das mit Dörnach ebendas. 1528 von dem Kloster Allerheiligen an die beiden Spitäler Nürtingen und Urach verkauft wurde. S. Memminger Beschr. des O.A. Urach S. 203.
4) Unermittelt.
5) Degerschlacht, O.A. Tübingen.
6) Unermittelt.
7) Fleins- oder Fleischwangen, O.A. Saulgau?
8) Oberkirchberg an der Iller, O.A. Laupheim. — Statt *alteri* in der folgenden Zeile lies *alter*.
9) und 10) Das Wort *senioris* beidemal über dem Namen beigeschrieben.
11) Hiernach bestimmt sich genau die Zeit der in Bernoldt Chron. ad ann. 1093 bei Pertz Monum.

VII. S. 457 erwähnten Zusammenkunft der Welfenparthei. Zu vergl. auch unten die Urk. d. d. Rotenacker 1116.

12—16) Oberkirchberg s. Anm. 8. Gerhausen, O.A. Blaubeuren; Tübingen O.A.St. Grafeneck, O.A. Münsingen, das räthselhafte Creginecka in der Urk. v. 1033 S. 262 erklärend; Altshausen, O.A. Saulgau.

17) Wirtemberg: bis jetzt die älteste urkundliche Erwähnung des Namens. Der s. g. Bempflinger Vertrag trägt kein Datum und ist blos auszugsweise vorhanden.

18—22) Rordorf, bad. B.A. Mösskirch; Stubersheim, O.A. Geisslingen; Gögglingen, O.A. Laupheim; Heudorf, O.A. Riedlingen; Ennabeuren, O.A. Münsingen.

CCXLII.

Pabst Urban II. nimmt das von den gräflichen Brüdern Liudulf und Cono erbaute und dem heil. Stuhl übertragene Kloster Zwiefalten mit dessen Besitzungen in seinen Schutz, und verleiht demselben verschiedene Rechte und Freiheiten unter der Bestimmung, dass es zum Zeichen dafür alljährlich einen aureus an den Lateranpalast entrichte.

Monte Gargano. 1093. *April* 20.

⁞ Urbanus episcopus, servus servorum dei. Dilecto in Christo filio Nogero, abbati monasterii sancte Marie quod situm est in loco qui dicitur Zuiualta, ⁞| eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pię voluntatis affectus studio debet prosequente compleri, ut ecclesiastica utilitas apostolicę sedis favo||re vires accipiat, et accrescat. Apostolice siquidem sedis devotissimi filii, Livdvlfvs et Cono comites, de facultatibus propriis monasterium in loco qui Zuiualta dicitur, || aspirante domino construxerunt, quod, in beatissimę dei genitricis et semper virginis Marię honore ac nomine consecratum, beato Petro apostolorum principi et sanctę eius Romanę et apostolicę ecclesię obtulerunt. Ipsorum igitur piis postulationibus exorati, nos predictum locum sub apostolicę sedis tuitione spetialiter confovendum beati Pet[ri apostoli] [1]) suscipimus, et contra viventium omnium infestationes presentis decreti auctoritate communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cęnobium temere perturbare, vel ei subditas possessiones aufferre, minuere, vel ablata retinere, sed quicquid predicti fratres divinę aspirationis instinctu ipsi cęnobio contulerunt, quicquid preterea aliorum fidelium devotione, aut hactenus collatum est, aut in futurum, annuente domino, conferetur, tibi, karissime fili Nogeri, qui nunc eidem loco in abbatem preesse divina dispositione cognosceris, tuisque successoribus firma semper et illibata permaneant, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte te vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem elegerint. Hoc ipsum etiam de ad-

vocati constitutione precipimus. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum ab episcopo in cuius diocesi estis accipietis, nisi forte symoniacum esse constiterit, aut apostolicę sedis communionem et gratiam non habere. Quod si constiterit, liceat vobis et clericorum ordinationem et cetera sacramenta a quocumque catholico volueritis episcopo recipere. Ad indicium vero huius a Romana ecclesia perceptę libertatis per annos singulos aureum unum Lateranensi palatio persolveris. Si quis sane in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quelibet potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris sui et officii periculo subiacere decernimus, et a Christi atque ecclesię corpore auctoritate potestatis apostolicę segregamus. Conservantibus autem [iusta pax et] [2]) misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen.) [3]) *(Monogramm für* Bene valete.*)*

[Datum in monte Gargano per Iohannem, Romanę] [4]) ecclesię diaconum cardinalem, duodecimo kalendas Maii, indictione I., anno dominice incarnationis MXCIII., pontificatus autem domni Vrbani secundi pape [anno VI.] [5]).

Der Hauptsache nach mitgetheilt in dem bei Hess Monum. Guelf. abgedruckten opusculum de fundatione Zwifaltensis monasterii von dem Mönch Ortlieb cap. XIII. S. 185.

1) In der Orig. Bulle ist hier ein Loch; das Ausgefallene ist aus einer vidim. Copie ergänzt.
2) Wie zuvor, nur dass unrichtig iussa steht statt iusta.
3) Mit dem Wahlspruch: *Benedictus deus qui pater domini Ihesu Christi. Amen.*
4) und 5) Anfang und Ende dieses auf einer Linie in ganz kleiner Schrift enthaltenen Schlusses der Urkunde sind verloren, indem rechts und links Stücke abgerissen sind. Das oben erwähnte Vidimus hat nach *Amen* nur noch kurz und falsch *d. d. idibus Maii.* Die fehlenden Worte sind aus Hess a. a. O. ergänzt. — Die an einer abgebleichten seidenen Schnur angehängte bleierne Bulle hat einerseits die durch ein einfaches Kreuz getheilten Worte: S. PETRVS und S. PAVLVS, andererseits: VRBANVS II. PP.

CCXLIII.

Kaiser Heinrich IV. giebt dem Kloster S. Gallen die villa Daugendorf zu eigen.

Pavia 1093. *Mai* 12.

(Chr.) ¦ In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus. ¦¦ Omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam pręsentibus notum sit, qualiter nos pro utriusque vitę remedio, quia peregrinam vitam huius conversationis brevem et quasi momentaneam existere, et in se per cot||tidiana detrimenta deficere cognoscimus, dum pro petitione Ódalrici patriarche, dilectissimi consanguinei

nostri, dum ob interventum fidelium nostrorum, videlicet Meginwardi Frisingensis episcopi, Dieboldi marchi||onis, Werinheri marchionis, Burchardi marchionis, Heinrici de Houerdorf [1]), Burchardi fratris Burchardi marchionis, Adelberti de Hortenburc [2]), Emelrici de Bosco [3]), et aliorum, quos nominare longum est, quandam villam nomine Touwondorf [4]), et ad hoc tantum, ut XXX mansus pleniter ibi habeantur de illo scilicet predio quod nobis dux Heinricus de Carinthia, filius domni Marquardi dedit, ęcclesię sancti Galli in proprium dedimus cum omnibus appendiciis. Hoc est ministris, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, areis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, silvis, venationibus, viis et inviis, acquisitis vel acquirendis, seu cum omni utilitate, quae ullo modo de pręfata villa, que sita est in pago nomine Vvfunalbun [5]), et in comitatu comitis Manegoldi, provenire poterit. Ea videlicet ratione, ut idem Ŏdalricus patriarcha, monasteriique sancti Galli abbas, eiusque successores deinceps liberam potestatem inde habeant possidendi, obtinendi, conmutandi, pręcariandi, vel quicquid illis ad utilitatem ęcclesię placuerit inde faciendi. Et ut huius traditionis auctoritas omni ęvo inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi, et sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

┆ Signum domni Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti. ┆ *(Monogramm.)*

┆ Humbertus cancellarius vice Rŏthardi archicancellarii recognovi. ┆ *(Siegel)* [6]).

Data est IIII. idus Maii, anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo III., indictione I., anno autem domni Heinrici, regni eius XXXVIII., imperii vero VIIII. Actum Papię in Christi nomine feliciter. Amen.

Nach dem Original des Stiftsarchivs S. Gallen. — Abdruck bei Neugart II. S. 38. nr. 829, nach dem Cod. Tradd. M. S. Galli S. 458.

1 — 3) Oberndorf, westl. am Lech, nahe bei Donauwerth, baier. L.G. Rain. Ortenburg in Kärnthen an der Drau, Bosco bei Mailand an der Orla. S. Neugart a. a. O.

4) Daugendorf O.A. Riedlingen. Die nach *tantum* folgenden Worte: *ut XXX* bis *predio* fehlen in Neugart.

5) Lies: ufun Albun, d. i. auf den Alben. Vgl. über diese Gaubezeichnung Stälin I. S. 280.

6) Noch gut erhalten.

CCXLIV.

Welf und seine Gemahlin Judinta nebst seinen Söhnen Welf und Heinrich weisen die dem Kloster Weingarten und seinen Zinshörigen gegenseitig zustehenden Rechte.

(*um* 1094.)

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Welfo [1]) cum uxore mea Iudinta et filiis Welfone et Heinrico sanum duximus ęcclesię nostrę, Winigartensist videlice monasterii,

censualium iura subscribere, a primis eiusdem loci fundatoribus, Heinrico scilicet et ipsius filio sancto Chônrado [2]), Constantiensi episcopo, inrefragabiliter instituta, tam hominum quam ęcclesię commodis adversus cavillatorum versutias prospicientes.

Censuales quos hęc eadem ęcclesia nunc habet vel habitura est, nulla de causa, nec ab advocato, nec ab abbate cuiquam inbeneficientur, neque sub specie cuiusquam utilitatis umquam commutaentur [3]).

Proinde si quis censualis, dum ad idoneam ętatem pervenerit, annuum censum persolvere neglexerit, tertio obiurgatus, si non emendaverit, in proprietatem ęcclesię transibit.

Si quis censualis, facta legitima divisione rerum, nondum uxoratus absque filiis legitimis migraverit, nec a fratre, nec a sorore, vel aliquo propinquorum hereditabitur, sed omnia, tam mobilia quam inmobilia quę reliquerit, in usum cedent [4]) ęcclesię.

Si quis censualis legitime uxoratus sine legitimis liberis obierit, aut si habuerit qui consortes non sint, omnis cultus vestimenti quo vel ad opera vel ad ęcclesiam procedere solebat, fratribus praesentabitur, in quorum constat arbitrio, partem quam voluerint retinere, alteram vero partem in divisione reliquarum rerum deponere, in qua divisione pars quę illi obvenerit, ęcclesię iuris ex integro erit.

Si femina censualis heredem relinquens migraverit, vestem pretiosiorem, exceptis pellibus de indomitis animalibus, ęcclesię tantum ministrabit.

Si maritata quidem, heredem vero non habens transierit, vestes eius cultiores, cum parte quę in divisione ceterarum rerum illi contigerit, ęcclesia tenebit. Non maritata vero, nec habens heredem, omnia prorsus ęcclesię relinquit. Masculus sive femina minoris ętatis de numero censualium si sub potestate parentum manens obierit, quicquid ex donationibus patrinorum seu amicorum habuit ecclesia possidebit, etiamsi in cunis iacuerit [5]).

Nach einer Abschrift vom Anfang des 13. Jahrhunderts auf der Vorderseite des drittletzten Blattes in der alten Weingartner Evangelienhandschrift der Bibliothek in Fulda. Dieselbe HS. enthält, von der gleichen Hand, auf der Rückseite des vorletzten Blattes die nächstfolgende Urkunde, und auf dem ersten Blatte vor den Evangelien die von Hess, Prodromus Monum. S. 21 mitgetheilte, aber in ihren historischen Angaben für irrig erklärte, ihrem Inhalte nach nicht vor das Ende des 12., doch auch, der Schriftzüge wegen, nicht mit Hess ans Ende des 13. Jahrhunderts zu setzende Privataufzeichnung, worüber vorerst hier auf Hess a. a. O. verwiesen wird. — Eben diese Stücke stehen, in gleicher Folge wie in der Ev. HS. auch in dem s. g. Codex minor Traditionum Weingartensium, einer aus 36 Seiten in klein Quart bestehenden Pergamenthandschrift des k. Staatsarchivs, vom Ende des 13. oder Anfang des 14. Jahrhunderts mit späteren Beisätzen. — Möglicherweise könnten diese drei Stücke in ihrer jetzigen Verbindung und Form einer und derselben Redaction angehören und diese entweder in den Einträgen in der Evang. HS. oder einer, beiden HSS. gemeinsamen, jetzt verschwundenen Quelle zu suchen sein. Indessen werden sich auf diese blosse Vermuthung hin an und für sich namentlich nicht etwa Zweifel gegen die innere Aechtheit der mitgetheilten Urkundentexte gründen lassen. Die vorkommenden Spuren theilweiser Abkürzung oder Ueberarbeitung schienen, unter ausdrücklicher Hinweisung darauf, der gleichmässigen Einreihung dieser einzelnen Auszüge am betreffenden Orte nicht im Wege zu sein. — Von den erheblichern Varianten, welche sich aus der Vergleichung der

beiden HSS. ergaben, sind die zu der vorliegenden, S. 5. des Codex minor enthaltenen Urkunde unten beigesetzt. Das Datum ist nach der nächstfolgenden bestimmt worden.

1) Codex minor: *Welfo dux*. Zugleich sei hier bemerkt, dass der Cod. minor durchweg statt des *ae* und des geschwänzten *e* bloss *e* liest.
2) Cod. minor: *Cr°nrado*.
3) Cod. minor einfach richtig: *commutentur*.
4) Anfangs stand *cedunt* das *u* ist aber corrigiert und unten zusammengezogen, ein *e* ist jedoch nicht daraus gebildet. Der Cod. minor liest *cedent*.
5) Die Worte *etiam* bis *iacuerit* sind im Evangelienbuche von anderer Hand und mit anderer Dinte geschrieben. — Der Schluss der Urkunde fehlt in beiden HSS.

CCXLV.

Herzog Welfhard und seine Gemahlin Iudita schenken dem Kloster Weingarten Güter an genannten Orten und viele aufgezählte Kostbarkeiten.

1094. *März* 12.

Noverint presentes atque futuri, quod dux Welfhardus eiusque nobilissima uxor Iudita [1]) pro remedio animarum suarum ęcclesię sancti Martini quę hic [2]) apud Altorf sita est, concessu filiorum suorum Welfhardi et Heinrici, thesaurum et praedia quę hic subnotantur, in proprietatem attribuerunt. Dederunt quoque praedia, videlicet ęcclesiam de Berga [3]) cum omnibus ad illam pertinentibus, et Cheffingin [4]) et Parinriet [5]) et Obersulegen [6]), et de silva quę dicitur Forst [7]) ad necessarium ignem et ad ędificia et ad victum porcorum quantum sufficiat, et Rammungun [8]), quod quidam Fridericus legaliter ei dederat, et mansum cuiusdam Ródolfi iuxta Breitenwanch [9]), et alium mansum apud Malles [10]), et allodium [11]) quod quidam Bertolfus ei appropriaverat in Venusta Valle [12]) et in Langobardia [13]), et quendam servientem suum Adalberonem cum praedio suo. Proinde hunc thesaurum obtulerunt scilicet unum maius scrinium et aliud minus cum reliquiis sanctorum, et alia duo preciosissima scrinia in auro et artificio, tria plenaria cum uno textu evangelii, tria altaria, et quatuor calices deauratos et duos aureos, et duas tabulas deauratas, et duas cruces preciosissimas in auro et lapidibus, et tres minores cruces cum aliis adhuc minoribus, et tria argentea candelabra quam preciosa ac ponderosa, et duas pallas cum aurifrigio, tertiam [14]) sine aurifrigio, et novem dorsalia cum decimo quam maximo in longitudine, et tres casuculas quam preciosas optimo aurifrigio, et alias duas, et quinque cappas aurifrigio et artificio exornatas, et unam et tres dalmaticas cum aurifrigiis, et duo subtilia, et unum phanonem [15]) auro et lapidibus compositum, cum alio magno ornatu. Cum testibus Hartmanno [16]) comite. Adalgozo [17]). Arnolfo. Heinrico et Heinrico [18]). Geroldo. Brunone [19]). Róperto [20]). Adelberto [21]). Theoderico. Ab incarnatione domini anno millesimo XCIIII.,

indictione II., IIII. idus [22]) Martii. Si quis autem de heredibus meis supra denominata praedia et thesaurum ab hac ęcclesia sancti Martini abstrahere voluerit, vel hoc facere praesumpserit, effectum non obtineat, et ipsi ęcclesię mille marchas [23]) auri persolvat. Hęc [24]) est autem annona quę constituta est cottidie XII pauperibus per singulos annos tribuenda. De cellario fratrum pro remedio animarum amborum viginti VI maltra speltę, XL maltra siliginis ad panem, ad pulmentum quoque X maltra speltę, decem maltra leguminis, quatuor oves, tres porci, quadraginta maltra avenę ad potum, duo modii salis, tres marchę ad vestimentum. Porro in anniversario eius centum pauperes reficiendi sunt, ad quorum impensam tres semismodii speltę item de cellario fratrum tribuendi sunt ad panem, V urnę cervisię, modius leguminis et quadra. Super hęc omnia perpetualiter determinatum est, cottidie missam unam pro requie animarum eorum celebrari. Verum in maximis festivitatibus, quia tunc non licet missam pro defunctis cantari, vel quando alia [25]) magna necessitate intermittitur, aut ante aut postea persolvatur.

Steht an der in der vorigen Nummer bezeichneten Stelle des dort genannten Evangelienbuchs und auf Seite 7 des ebendaselbst genannten Codex minor, dessen erhebliche Varianten unten angegeben sind. Mehreres in dieser Urkunde, wie namentlich die in Anm. 2 unten bezeichnete Stelle lässt eher einen dem Originaltexte meist wörtlich folgenden Auszug als eine reine Urkundenabschrift erkennen. Die Aufnahme derselben unter die eigentlichen Urkunden ist in der Anm. zu der vorigen Urkunde bevorwortet.

1) Cod. minor: *Iudinta.*

2) d. h. Kl. Weingarten bei Altdorf, O.A. Ravensburg. Diese Stelle zeigt, dass die Urkunde nicht wortgetreu nach ihrem Originale abgeschrieben ist.

3) Berg, Pfarrweiler O.A. Ravensburg.

4 – 6) Der Codex minor liest: *Cephingin, Barrieth, Obirsrigen.* Köpfingen und Obersulgen, O.A. Ravensburg, Baunried, O.A. Riedlingen.

7) Der s. g. Altdorfer Forst in der Nähe von Weingarten gelegen. S. Memminger Beschr. des O.A. Ravensb. S. 91.

8) Cod. minor: *Rammugen.* Rammingen, baier. L.G. Türkheim.

9—11) Breitenwang (Cod. minor: *Breitinwanc*), östlich vom Lech, bei Reute im Tirol, der Ort an welchem Kaiser Lothar verschied; Mals im Vintschgau in Tirol. — Cod. minor: *alodium.*

12—13) Das Vintschgau und das Etschthal unterhalb Meran nebst Seitenthälern — Cod. minor *Longobardia.*

14) und 15) Cod minor: et *terciam* und *fannonem.*

16—21) *Hermanno* — et *Algoso* — *et Heinrico* fehlt — *Prunone. Rvdbertho. Aldebertho.*

22) Da Judith den 5. März d. J. starb, so passt dieses Datum nicht zum Eingang der Urkunde. Vielleicht sollte IV. *kalendas Martii* gelesen werden. Die in ihre letzten Lebenstage fallende Schenkung hätte dann noch eine nähere Grundlage. — Der Cod. minor liest jedenfalls unrichtig MCXIIII.

23) Cod. minor hier und später *c* statt *ch* in dem Worte *marcha.*

24) Das folgende scheint nicht ursprünglicher Inhalt der Urkunde.

25) Cod. minor: *aliqua alia.*

CCXLVI.

Pabst Urban II. bestätigt die Stiftung der Kirche in Neresheim und deren Uebergabe an den heiligen Stuhl.

(1095 — 1099.)

Urbanus episcopus, servus servorum dei. Universis et singulis Christi fidelibus salutem et apostolicam benedictionem. Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic iusta petentibus votis debemus benigna assensione concurrere. Eapropter charissimi filii nostri, Hartmanni comitis, et eius coniugis Adelhaidis devotioni duximus annuendum. In agro siquidem Hertfeld iuris sui praedium quod Nöresheim [1]) dicitur, ubi b. Vdalrici et Affrae ecclesia fabricata est, pro salute animae suae, b. Petro apostolorum principi in alodium proprium cum omnibus ad eundem locum pertinentibus obtulerunt, quam oblationem nostra postularunt authoritate firmari. Nos igitur praesentis decreti authoritate sancimus, ut tam praefatus locus, quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicae sedis tutela integra semper et illibata permaneant, servorum dei illic degentium usibus profutura, ut tamen unius aurei census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Nulli ergo omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, minuere, vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Ipsorum saue fratrum libera sit facultas praepositum suae professionis quem maluerint, communi vel potioris partis consensu, secundum dei timorem eligere. Eorum vero advocatus, quamdiu vixerit, praedictus filius noster Hartmannus comes habeatur, et eius filii, si loco illi utiles extiterint, alias fratres ipsi quem maluerint in officium ministerii huius asciscant. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto in perpetuum mansuro contraire tentaverit, anathemate feriatur, et honoris atque officii sui periculum patiatur, nisi praesumtionem snam digna satisfactione correxerit. Observantibus autem haec pax, adeoque aeterna, perenniter conservetur. Amen [2]).

Nach einer unbeglaubigten Abschrift des ehemal. Kloster Neresheimischen Archivs auf Papier aus dem 17. Jahrhundert jetzt im k. Staatsarchiv. — Abdruck in der Neresheimischen Gegendeduction, 1759. Fol. Beil. nr. 64 S. 458.

1) Neresheim, O.A.St.

2) Mehr ist nicht vorhanden. — Das Kloster Neresheim ist gestiftet 1095 (Chron. Elwac. bei Petz Thesaurus anecdotor. IV. Sp. 763.), Pabst Urban II. † 1099, daher die Zeitbestimmung für die Bulle.

CCXLVII.

Pabst Urban II. gewährt dem Kloster Hirsau die gleichen Begünstigungen wie sein Vorgänger Gregor VII. und bestätigt insbesondere dessen Rechte an einigen genannten Orten.

Piacenza 1095. *März* 8.

Vrbanus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Gebeardo monasterii Hirsaugensis abbati eiusque successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Cum universis sancte ecclesie filiis pro apostolice sedis auctoritate ac benivolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis que specialius ac familiarius Romane adherent ecclesie, queque ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Unde nos, beate memorie predecessoris nostri Gregorii formam sequentes, eadem tibi tuisque legitimis concedimus successoribus que ipse predecessori tuo Guilhelmo et eidem monasterio, precibus Adhelberthi comitis concessit et confirmavit. Qui eterne retributionis amore succensus in predio suo, quod dicitur Hirsawgia, monasterium, a progenitoribus suis antiquitus constructum, nuper amissa restituens, venuste reparavit et in usus fratrum inibi deo servientium pluribus possessionibus et redditibus ampliavit. Quam sue liberalitatis institutionem ne imposterum ulla perversorum hominum audacia minuere aut violare presumat, apostolice auctoritatis privilegio muniri et sancte Romane ecclesie tuitione roborari postulavit. Quamobrem prefatum monasterium sub apostolice sedis tutela ac protectione spetialiter complectentes, per presentis privilegii paginam statuimus, ut quecumque hodie idem cenobium iuste possidet, sive in futurum, concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste ac canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec nominatim designanda duximus: cellulas, sancti Gregorii, que dicitur Richimbach [1]), et sancti Martini, que dicitur Vishbachoa [2]), et predium quod dicitur Chilesten [3]), quod datum est pro cella sancti Petri [4]), que dicitur Guilheim [5]); constituentes, ne vel tu, fili karissime Gebearde, vel quilibet tuorum successorum prefatas cellulas destruere, vel ea que illis iam concessa sunt, seu concedentur, temere et violenter presumatis imminuere. Preterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare, vel eius possessiones aufferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Constitutiones quoque et immunitatis et libertatis modos quos prefatus illustris comes Adhelberthus scripto sue traditionis inseruit et regio sigillo imprimi curavit, ad posteritatis cautelam et arcendos infestantium impetus diligenter statuimus, uti nec de premissis quidlibet negligatur, nec de vetitis quidlibet presumatur. Obeunte vero te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem

fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam elegerint. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum, oleum sanctum et cetera ad episcopale offitium pertinentia ab episcopo Spirensi, in cuius estis diocesi, accipietis: si tamen catholicus fuerit et communionem apostolice sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate impendere voluerit. Alias vero liceat vobis catholicum quem volueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolica fultus auctoritate que postula[n]tur indulgeat. Advocatum preterea sive protectorem vobis Gotefredum, prefati comitis Adhelberthi filium, instituimus, si eiusmodi, deo prestante, fuerit, ut ecclesie et servis dei honorem debitum exhibeat, et predicti monasterii utilis et studiosus defensor existat. Sin autem, in vestra sit potestate eligere vestre ecclesie ydoneum protectorem, qui sine lucri secularis exactione, id divine servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat. Vos igitur, filii in Christo karissimi, oportet regularis discipline institutionibus sollicitius ac devotius insudare, ut quanto estis a secularibus tumultibus liberi, tanto studiosius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis. Precipue studentes Romane ecclesie decreta veneranda servare, cuius patrocinio ab omni iugo viventium estis annuente domino premuniti. Ad indicium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis per annos singulos bizantium aureum Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quelibet magna vel parva, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit et eorum que concessa vel statuta sunt quicquam irritum fecerit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eterno se innodatum anathemate, et a corpore Christi et ecclesia auctoritate potestatis apostolice segregatum cognoscat. Conservantibus autem hec pax a deo et misericordia presentibus et futuris seculis conservetur. Amen.

Datum Placentie, per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, VIII. idus Martii, indictione III., anno dominice incarnationis MXCV., pontificatus autem domni Vrbani II. pape anno septimo.

Aus dem im 15. Jahrhundert geschriebenen Copialbuche des Klosters Hirsau. — Abdruck bei Trithemius, Chron. Hirs. S. 122 und Annal. Hirs. I. S. 316. — Besold, Doc. rediv. (Ausg. v. 1636, 4° S. 542) nr. 3 der Hirs. Doc. — Muger, Adv. arm. V. S. 162. — Fr. Petrus Suev. eccl. S. 421. — Ausser dieser Bulle theilen Trithemius und nach ihm Besold, unmittelbar hinter derselben, noch eine andre ungewöhnlich lange, angeblich von demselben Pabste dem Kloster ausgestellte Urkunde ohne Zeitangabe mit. Sie ist aber ohne alle Bedeutung, wahrscheinlich zu irgend einem vorübergehenden Zwecke unterschoben, und könnte jedenfalls auch noch von Urban III. (1185—87) ja selbst Urban IV. (1261—64) ausgestellt sein. Es wird desshalb eine blosse Verweisung darauf hier genügen.

1) Reichenbach im Murgthale, s. die Urk. v. 1082 nr. 236.
2) Fischbachau, östlich vom Schliersee, baier. L.G. Miesbach.

3) Gilstein, O.A. Herrenberg, s. die Urk. von 1082 nr. 236.
4) und 5) S. Peter auf dem Schwarzwalde, bad. B.A. Freiburg, Weilheim unter Teck, O.A. Kirchheim, s. Rotulus Petrinus bei Leichtlen, Zähringer S. 63, wornach die Angaben des Cod. Hirs. S. 85 der oben S. 282 bemerkten Ausg. zu berichtigen sein werden.

CCXLVIII.

Friderun und ihr Sohn Marquard stiften zum Kloster Rheinau ihr Gut in Eggingen unter ausgedrückten Bedingungen.

Ramsen (*um* 1096).

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus, qualiter ego Friderun, cum manu filii mei Marquardi trado legitima donatione ad monasterium, quod dicitur Rinaugia, totum praedium quod in villa, Eggingen [1]) nuncupata, hereditario iure hactenus habuimus, videlicet pro redemptione animae dilecti mariti mei Marquardi, et ut ego et praedictus filius meus et filia mea, nomine Ita, in eodem monasterio praebendas et mansiones nostras, secundum morem et consuetudinem ceterorum inibi manentium deinceps habeamus. Quidquid igitur in praedicta villa, quae sita est in pago prope Ulmam, habere videmur, tam mancipiis utriusque sexus, quam pratis, pascuis, agris, silvis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, exitibus et regressibus, cultis et incultis, totum trado in ius et dominationem praefati monasterii, ea conventione ut praescriptum est, et ut praescripti monasterii rectores et fratres deinceps habeant facultatem ex ipsis rebus faciendi quidquid eis ad usum ipsius ecclesiae placuerit. Si quae vero, quod absit, obposita persona contra hanc nostram legitimam traditionem venire temptaverit, et eam infringere studuerit, in erarium regis auri uncias V, argenti pondera totidem coactus persolvat, et ipsa donatio inconvulsa permaneat. Actum apud Rammisheim [2]) in pago Hegowe, in comitatu Udalrici comitis de Rammesperch [3]), ipso praesente et Gerungo comite de Stuolingen, coram multis idoneis testibus. Regnante domno Heinrico IIII. rege.

Nach Zapf Monum. anecd. I. S. 462, der sie „ex chartulario" mittheilt. Das oben angegebene Jahr der Ausstellung ist nach Neugart Ep. Const. S. 429. nr. 99. Der Grund dieser Jahresbestimmung ist jedoch dort nicht angegeben.

1) O.A. Blaubeuren.
2) Ramsen, im Hegau, Kant. Schaffhausen. S. Mone Anzeiger. 1837 Sp. 8.
3) Ramsberg, bad. B.A. Ueberlingen. Vgl. Mone a. a. O. Sp. 10.

CCXLIX.

Die Kirche zu Würzburg überlässt an die zu Comburg tauschweise Eibelstatt gegen Hohenberg.

1096. *Juli.*

Nullus fidelium ignoret qualiter predium, nomine Hisoluestah [1]), de Wirceburc ad Kamberc pro predio Hohinberc [2]) concambio || traditum sit, hoc Heinrico, fratre Wirceburgensis tunc episcopi Emehardi, advocato utriusque ęcclesię, et cum eo Goteboldo, || comite de Henneberc, agentibus et in presentia predicti Wirceburgensis episcopi Emehardi manu sua confirmantibus. || Sunt autem hęc acta anno ab incarnatione domini MXCVI., mense Ivlio, indictione quarta, videntibus et audientibus testibus subscriptis, qui sunt: Heinrich. Gotebolt [3]). Poppo. Cůno. Gozwin. Ůdelrich. Ebo. Ebo. Bern. Gerunch. Berhtolth. Manegolth. Ůdelrich. Růgger. Edelrich. Libolf. Heirolth. Richarth. Egesbraht. Helenbolth. Warmunth. Eggeharth. Warmunth. Růppraht. Richolf. Hůbolth. Arnolth. Heinrich. Egesbraht. Sentwin [4]). Gvndeloch. Heirolth.

Die von beiden Theilen ausgewechselten Originale sind noch vorhanden und, wenige unten angegebene unbedeutende Abweichungen ausgenommen, buchstäblich, und selbst in Absetzung der Zeilen mit einander übereinstimmend. Auf dem Comburger Exemplare, das oben zu Grunde liegt, steht hinten von alter Hand *de predio Ysoluestat.* Das Siegel das diesem so aufgedrückt war, dass es den Namen des letzten Zeugen ursprünglich verdeckte, ist bis auf eine dünne durchsichtige Wachskruste, die noch auf dem Pergamente klebt, abgesprungen. Auf dem Würzb. Exemplare (im Reichsarchive zu München) ist noch ein Bruchstück des Siegels übrig, das den Namen des Zeugen Heinrich in der letzten Zeile deckte. Es ist darauf der Kopf des Bischofs und von der Umschrift der Anfang †EMME . . und das Ende G . EPS, letztres Wort mit dem Abkürzungsstrich durch das P zu sehen. — Bis jetzt ungedruckte, in Lang Reg. I. S. 107 erwähnte Urkunde.

1) Eibelstatt, baier. L.G. Ochsenfurt, das Würzb. Exemplar liest richtiger: *Hisoluestath.*
2) Hohenberg, O.A. Hall.
3) und 4) Das Würzb. Exemplar *Gotebolth* und *Senwin.*

CCL.

Pabst Urban II. nimmt die von dem Grafen Hartmann und seinem Bruder Otto erbaute und dem heil. Stuhl übergebene Kirche des heil. Martins in Wiblingen in seinen Schutz, und bestimmt deren Rechte und Freiheiten.

Im Lateran. 1098. *April* 3.

¦ Vrbanus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Guarnero, abbati monasterii sancti Martini, quod de Guibelingo dicitur, eiusque successoribus || regulariter promovendis

in perpetuum. ¦ Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. || Quia igitur Romane ecclesię filii, Hartmannus comes et Otto frater eius, beati Martini ecclesiam, in loco qui dicitur Guibelinga [1] suis sumptibus hedificatam, || beato Petro et sanctę sedi apostolice obtulerunt, nos eorum devotioni clementer annuimus. Locum enim ipsum iuxta eorum postulationem in speciale sedis apostolice ius ac tutelam excipientes, apostolice auctoritatis privilegio communimus. Statuentes ut quecunque predia, quecunque dona, tam ex ipsorum fratrum largitione quam ex ceterorum fidelium oblatione, supradicta beati Martini ecclesia in presentiarum possidet, sive in futurum iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Constantiensis episcopi canonica reverentia. Cui tamen omnino non liceat exactionem aliquam vel consuetudinem que regularium quieti noceat irrogare. Advocatiam ipsius cenobii post Hartmannum, religiosum comitem, heres eius, quem abbas cum fratribus elegerint, administret. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, remoto eo, alium preficiant. Sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Preterea mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non investiture, nec cuiuslibet potestatis quę libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, ab episcopo in cuius diocesi estis accipietis, si quidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Qui apostolice sedis fultus auctoritate que postula[n]tur indulgeat. Obeunte nunc eius loci abbate vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptę a Romana ecclesia libertatis bizantium aureum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem [2] loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum

bonę actionis percipiant, et aput districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. Amen. Scriptum per manum Petri scriniarii sacri palatii.

(Rundzeichen.) [3]) *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Datum Laterani per manum Iohannis, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis, III. nonas Aprilis, indictione VI., anno dominicę incarnationis MXCVIIII., pontificatus autem domni Vrbani secundi pape XI.

Die an gelb und röthlichseidener Schnur anhängende bleierne Bulle ist der zu nr. 242. oben bemerkten ganz gleich. — Abdruck bei Gerbert Hist. N. S. III. S. 34. nr. 24.

1) Wiblingen, O.A. Laupheim. — Nur die Endbuchstaben *nga* sind vollkommen deutlich, die übrigen blicken unter einigen später darüber gezogenen sinnlosen Federstrichen kaum noch durch.
2) Im Orig. *eidem eidem.*
3) mit dem (hier verschieden von den vorher abgedruckten Bullen abgekürzt geschriebenen) Wahlspruch: *benedictus deus qui pater domini nostri Ihesu Christi.*

CCLI.

Pabst Urban II. nimmt die von Herzog Welf dem heil. Stuhl übertragene Abtei Weingarten in seinen Schutz, bestätigt ihr Besitzthum an genannten Orten und bestimmt ihre übrigen Rechte und Freiheiten.

Rom 1098. *April* 30.

Vrbanus episcopus, servus servorum dei, per Sueuiam universis fidelibus salutem et apostolicam benedictionem. Prout iniusta petencium vota sunt spernenda, sic econtra salubria et honesta digna admissione merito sunt exaudienda. Proinde, dilectissimi filii nostri Gvelfonis ducis precibus inclinati, Winegartensem abbaciam, ubi uxor eius Judita tumulata est, pro cuius requie non pauca eidem monasterio sunt oblata ab ipso, de omni potestatis sue condicione, — idem dux beato Petro apostolorum principi offerens — liberam et immunem factam in tutelam et protectionem sedis apostolice suscipimus, et eiusdem patrocinio communimus. Unde presentis decreti autoritate sancimus, ut prefatus locus tali floreat libertate. Si quisquam per manuum iniectionem alteri vim infra septorum spacium suorum intulerit, commonitus emendaverit nisi digne, obindeque correxerit se perfecte, apostolica auctoritate anathematis culpa arguatur. Indulgemus ei et confirmamus, petente ipso predicto filio nostro, vicariam in Altorf [1]) cum decima eius et hominibus, decimam novalium silve, vocate Altorfensium [2]), in agris et in pratis excultorum et excolendorum, ecclesiam in Berge [3]) cum investitura et decimis eius, familiam omnem censualium ipsius, quam per iura que capitegia dicuntur sive mortuaria canonice possideat et quiete, capellam

in suburbio Rauenspurc [4]), novam capellam [5]), ecclesiam in Bergarrûte [6]) cum investitura, ecclesiam in Husechirche [7]) cum investitura et omnibus appendiciis, ecclesiam in Phûlegenstat [8]) cum eius iure et investitura, ecclesiam in Dorrenburren [9]) cum investitura et duabus partibus decime, ecclesiam in Ascahe [10]) cum investitura et appendiciis, ecclesiam sancti Pancracii in Vitun [11]) cum investitura, ecclesiam sancti Georgii in Lonnun [12]) cum investitura, et capellam sancti Oszwaldi in eodem loco. Hec et alia, domino inspirante iam oblata vel adhuc ei offerenda, maneant firma et illibata ipsi, [usibus] omnimodis fratribus illic degentibus profutura. Gvelfo quoque, memoratus noster filius, advocatus eius habeatur, et ipso mortuo sui filii, utiles si loco eius fuerint. Alias quemcunque fratres voluerint in huiusmodi officium asciscant. Statuimus insuper inviolabili decreto, ut nulli omnino hominum liceat advocacias aliquas vel possessiones monasterii ulli tradere in beneficium preter abbatis et fratrum consensum, aut aliquas proprietatis condiciones dicto in loco sibi vendicare. Obeunte vero abbate, nullus per surreptionis astuciam aut violentiam preponatur, sed fratrum pars sanioris consilii secundum dei timorem eligat sue professionis alium, quem ad hoc noverint aptum et utiliorem. Sepulturam ipsius loci liberam esse volumus, ut devocioni eorum qui illic sepeliri elegerint et extreme voluntati, nisi nominatim extiterint excommunicati, nullus obsistat. Decernimus quoque ut in parrochia ville Altorff ipsius apostolica benignitate fratribus indultum sit, ut cuicumque fidelium, unctionem olei sancti devote petenti, pure propter deum procurent. Idem sit eis tam in sacramento eucharistie quam in oleo sancto ad omnem familiam ipsorum, eciam ad eos qui in officinis habitaverint eorum, libere concessum. Ad ostensionem siquidem a Romana ecclesia percepte libertatis unum bisantium singulis annis nobis nostrisque successoribus ab ipso monasterio donetur. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitucionis paginam sciens, ausu temerario violare in ea contenta attemptaverit, si commonita digne non emendaverit, omnipotentis dei iram et apostolorum eius Petri et Pauli indignationem se sciat emeruisse, fiatque ab omni bonorum societate aliena [13]), atque a participatione corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi fiat, si culpam suam per satisfactionem debitam non abraserit, seclusa. Pax et salus et sempiternalis benedictio sit universis iura prescripta servantibus. Amen. Data Rome per manus Iohannis, sancte Romane ecclesie dyaconi cardinalis, indictione secunda, pridie kalendas Maii, anno domini M. nonagesimo octavo, pontificatus vero domni Vrbani secundi pape primo [14]).

Nach einer in Urkundenform ausgefertigten Abschrift ohne Beglaubigung auf Pergament, welche vom Verfasser des S. 294. erwähnten Weingartner Repertoriums als ein Facsimile des Originals bezeichnet wird. Von derselben Bulle ist auch noch ein von dem Abt Nicolaus in Weissenau auf Pergament ausgestelltes und besiegeltes Vidimus von 1472 vorhanden, welches ausser wenigen ganz unerheblichen Abweichungen buchstäblich mit der genannten Abschrift übereinstimmt. Das angebliche Original, aus welchem das erwähnte Repertorium einen mit dem Inhalte der obigen Abschrift ganz zusammentreffenden Auszug mittheilt, ist jetzt

verschwunden. Dabei ist übrigens zu bemerken, dass dem Verfasser jenes Auszugs die nicht auszugleichenden Widersprüche in den Zeitangaben der Bulle keineswegs entgangen sind. Sodann dass die im Repertorium abgezeichnete Bleibulle, welche nach der dort enthaltenen Angabe mittelst roth, gelb und weisser Seidefäden an der Urkunde befestigt war, genau das Abbild der ächten an den Diplomen dieses Pabstes anhängenden Bleibullen ist. — Anders muss gleichwohl von dem Diplome selbst geurtheilt werden, das wenigstens seiner jetzigen Fassung nach, im Vergleich mit andern von diesem, ja überhaupt von irgend einem Pabste ausgestellten unverdächtigen Bullen, abgesehen von den bemerkten Widersprüchen im Datum, schwerlich für ächt wird gelten können.

1) und 2) Altdorf, O.A. Ravensburg, der Altdorfer Wald s. oben S. 295 Anm. 10, und Memminger Beschr. des O.A. Ravensburg S. 91 ff.
3) Berg, Pfarrweiler O.A. Ravensburg.
4) Die 1833 abgebrochene S. Veits-Kapelle ausserhalb der alten Burg Ravensburg „*in suburbio Rauenspurc.*" Das Kloster Weingarten hatte das Patronatrecht derselben. S. Memminger, a. a. O. S. 135.
5) Die jetzige l. Frauenkirche oder katholische Pfarrkirche in Ravensburg „*olim dicta nova capella S. Mariae in Ravenspurg*" (HS. des Kl. Weingarten).
6—8) Bergatreute, O.A. Waldsee, Hosskirch, O.A. Saulgau, Fulgenstadt ebend.
9) Dornbirn im Vorarlbergischen.
10) nach dem obengenannten Repertorium Eschach bei Ausnang, O.A. Leutkirch.
11) und 12) S. Pangraz im Ultenthale und (Ober-, Mittel-, Unter-) Lana an der Ausmündung des Thales ins Etschthal unterhalb Meran in Tirol.
13) Beide Abschriften lesen *alienus*, doch ist die Sylbe *us* abgekürzt, so dass das *a* des Orig. vielleicht für diese Abkürzung gehalten wurde.
14) Die 2. Indiction würde das Jahr 1094 verlangen, die zu 1098 ist 6. Pabst Urban 12. März 1088 — † 29. Juli 1099. Der 30. April 1098 fällt also in sein letzes Regierungsjahr, nicht in sein erstes, oder soll dieses gelten, so müsste 1088 stehen. Die Indiction passt aber weder zum einen noch zum andern.

CCLII.

Bischof Emehard von Würzburg giebt die Kirche in Heiligenbronn an das Kloster Amorbach unter der Bedingung, dass dort gewisse Jahrestage und Seelenmessen für die würzburgischen Bischöfe, sowie für alle verstorbenen Gläubigen gehalten werden.

1099.

Gratia, salus et vita omnibus pie colentibus deum [1]. || Notum sit omnibus, tam presentis quam futurę generationis hominibus, quod ego Emehardus, Wirciburgensis ecclesię licet indignus episcopus, tradidi || ęcclesiam in Heilicbrunnen [2]) Amorbachensi monasterio et fratribus ibidem deo et sanctę Marię servientibus perpetuo iure tenendam, optentu videlicet dilecti||onis et frequentis servitii venerandi abbatis Richardi secundi, et congregationis ipsius, omnibus nobis hoc pactum communi voto statuentibus: ut tam ipsi qui in pręsentiarum ibi Christo deserviunt, quam omnes qui post eos futuri sunt, pro meis

meorumque peccatis apud deum interveniant, et anniversarium depositionis diem, et meum et sanctę memorię Adelberonis et Brunonis episcoporum, et omnium antecessorum et successorum meorum, huius scilicet sedis episcoporum, celebratione vigiliarum et missarum devote per singulos agant, et in initio uniuscuiusque mensis, vel cum primum oportunum fuerit, vigiliam et missam pro omnibus fidelibus defunctis dicant. Hęc traditio facta est anno dominicę incarnationis millesimo nonagesimo nono, indictione septima, regnante gloriosissimo imperatore Heinrico quarto. Cuius traditionis testes fuere. *(Siegel.)* [3])

De clericis [4]): Růbbreht. Heinrich. Ŏdelrich. Otto. Adelbreht [5]) Cůno. Cůnrat.

De ingenuis Gerhart Mogontinus prefectus urbis. Heinrich comes de Rotenburg [6]). Wolfram et Otto de Auenberg. Godebolt de Henenberg. Ŏdelrich de Cazzenstein. Gozwin de Mergentheim.

De clientibus sancti Kiliani: Růbbreht. Richart. Eber. Iring. Engelhart. Egesbreht.

De ministerialibus sanctę Marię: Erbo. Meingoz. Mahtfrit. Wigfrit. Richart. Liebger et alii, quorum, precor, verax testimonium fidem et firmitatem ubique his scriptis et factis acquirat.

Nach dem Original des k. Reichsarchivs in München. — Verzeichnet bei Lang Reg. I. S. 109. nr. 8.

1) Die erste Zeile in Uncialen.
2) Nach den Heimathsorten der unterfertigten Zeugen eher Heiligenbronn, O.A. Blaufelden, als O.A.St. Heilbronn; auch ist der Schenkgeber aus der Familie der gerade in jener Gegend begüterten Grafen von Rotenburg a. d. Tauber.
3) Der Abdruck des Stempels ist abgeblättert und nur die untere aus Wachs und Mehlteig bestehende Schichte noch übrig.
4) Die Namen der nachfolgenden Zeugen sind zwar von gleich alter Hand aber nicht mit der gleichen Dinte geschrieben.
5) Im Original abgekürzt *Adelb.* und so auch unten *Ruobb. Rich. Engelh. Egesb. Rich.*
6) Dieser und die ff. Ortsnamen nach denen sich die *ingenui testes* schreiben, sind Rotenburg a. d. T. Abenberg, baier L. G. Pleinfeld an der fränkischen Rezat; Henneberg, das verfallene Stammschloss der Grafen dieses Namens, baier. L.G. Münnerstadt; Katzenstein, O.A. Neresheim, u. O.A.St. Mergentheim.

CCLIII.

Pabst Urban II. nimmt das von der Gräfin Adelheid und den Grafen Heinrich und Hugo errichtete, und dem heil. Stuhl übergebene Kloster Blaubeuren in seinen unmittelbaren Schutz und erlaubt ihm die Aebte nach eigener Wahl einzusetzen.

Im Lateran. 1099. *Januar* 25.

Urbanus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Azelino, monasterii Burensis [1]) abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Sicut irracionabilia poscentibus negari debet assensus, sic iusta petencium votis benigna debemus assensione

concurrere. Eapropter karissime filie nostre Adelheidis comitisse desiderio et petitioni duximus annuendum. Hec nimirum ad sanctorum apostolorum limina veniens, et suam et viri ac leviri sui devotionem strennue adimplere curavit. Burensem namque ecclesiam, cui nunc auctore deo tua fraternitas presidet, soceri sui studio a fundamentis edificatam, secundum ipsorum vota supra sacrosanctum beati Petri altare obtulit, et per manum nostram in perpetuum sedis apostolice allodium delegavit. Quam videlicet oblationem scriptorum nostrorum peciit auctoritate firmari. Nos igitur presentis decreti auctoritate sanccimus, ut tam prefatus locus quam universa que ibidem supradictorum comitum Hainrici et Hugonis seu prenominate Adelheidis comitisse largitione collata sunt, vel in futurum ipsorum aut aliorum fidelium oblationibus conferentur, sub apostolice sedis tutela integra semper et illibata permaneant, servorum dei illic degentium usibus omnimodis profutura, salva Constantiensis episcopi canonica reverentia; ut tamen ex eodem loco unius bisantii census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, minuere, vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptione vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Si quis igitur sacerdotum, clericorum, regum, ducum, comitum et iudicum vel secularium personarum, hanc nostre constitutionis paginam agnoscens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino offitio [2]) existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Datum Laterani per manum Iohannis sancte Romane ecclesie dyaconi cardinalis, VIII. kalendas Februarii, indictione VII., anno dominice incarnationis MXCVIIII., pontificatus autem domni Vrbani secundi pape XI. etc.

Nach dem im Jahr 1512 auf Anordnung des Abts Gregorius Rösch von dem Conventsbruder Zacharias auf Papier in gross Fol. geschriebenen Copialbuch des Klosters Blaubeuren Fol. 36. — Abdruck bei Mager, Advoc. arm. XIV. S. 629. — Besold, Doc. rediv. (Ausg. v. 1636. 4°. S. 909) nr. 1 der Blaub. Documente. — Fr. Petrus, Suev. eccles. S. 179. — Sammarthanus, Gallia chr. V. S. 512. nr. 6. — Sattler, Grafen IV. S. 349. — Auszug bei Crusius, Annal. Suev. P. II. Lib. VIII. c. 13. S. 289.

1) Blaubeuren, O.A.Bl.
2) sic! lies *iudicio*.

CCLIV.

Ruotmann von Hausen, Adelbert von Zollern und Graf Alwig von Sulz stiften das Kloster Alpirsbach.

Rotweil (um 1099).

Notum sit omnibus tam presentis evi quam et futuri seculi Christianis, quod ego Rôtmannus de Husin[1]) et Adelbertus de Zolro et comes || Alwicus de Sulzo, nos tres, divinę retributionis ardore succensi, diligenter pertractando quesivimus, cum consilio venerabilis || Gebehardi, Constantiensis ęcclesię episcopi, qui tunc erat legatus apostolici, et religiosi Vtonis, cellę sancti Blasii abbatis, nec non aliorum || clericorum atque monachorum laicorumque quos potuimus advocare, qualiter in predio nostro, Alpirspach[2]) dicto, quod iure hereditario ad nos usque pervenit, cenobium monachorum posset institui, ut hii qui ibi essent aggregandi sine perturbatione deo prevalerent famulari. Quod cum diu pertractaremus, visum nobis est hoc bonum esse, ut predium prescriptum et ei circumpositam silvam cum terminis suis, nec non et alia predia et mancipia nostra ad opus tam religiosum decreta, cuidam libero homini nomine Bernhardo de Vlörin[3]), ut consuetudo est, traderemus, ea conditione, quatenus ipse eadem deo et sancto Benedicto omnino in proprietatem traderet, abbati ibidem constituendo et monachis fratribusque sibi obedientibus libere servitura. Propter hoc autem ut eiusdem loci habitatores quieti semper manerent et ipse locus auctoritate Romani pontificis omnimodo liber constaret, decretum est pro obedientia subiectionis unum aureum nummum annue dari in palatio Lateranensi ad pedes apostolicos, et abbas ibi constituendus cum monachis fratribusque sibi obedientibus liberam semper haberent potestatem gubernandi et disponendi res illuc pertinentes. Haberent etiam liberam potestatem sibi advocatum eligendi et constituendi quemcumque vellent, et eundem mutandi, si eis ita placuisset. His ita diligenter pertractatis venit episcopus Constantiensis, legatus apostolicus, nostra vocatione ad locum prenominatum, ut ibi consecraret iam preparatum oratorium, anno dominicę incarnationis MXCV., indictione III., XVII. kalendas Februarii. Venit etiam homo ille, Bernhardus nomine, cui predia et mancipia nostra tradidimus. Venerunt quoque alii multi nobiles et ignobiles. In quorum omnium conspectu sepedictum Bernardum petivimus, ut predia et mancipia a nobis sibi tradita deo et sancto Benedicto sollemni traditione omnino in proprietatem contraderet, ea conditione qua nos sibi ea tradidimus. Quam peticionem ille devote suscipiens accessit ad reliquias sanctorum, et in presentia episcopi omniumque qui illuc convenerant tradidit inprimis super illas ipsum locum qui Alpirspach dicebatur et ei circumiacentem silvam cum terminis suis. Deinde alia predia et mancipia constituta in his villis: Dorinhein[4]), Homessingin[5]), Hebindorf[6]), Garta[7]), Hasela[8]), Ueringin[9]),

Norwilo [10]) omnino in proprietatem tradidit deo et sancto benedicto, absque omni contradictione et repeticione. Talem conditionem libertatis eidem loco faciens, ut abbas ibi constituendus et monachi fratresque illic aggregandi semper haberent liberam potestatem gubernandi et disponendi res tunc eidem loco traditas et postea tradendas, prout utile iudicarent. Haberent etiam liberam potestatem eligendi sibi advocatum quemcumque voluissent, et eundem mutandi, si eis ita placuisset. Et hęc omnia ut semper rata constarent, statutum quoque est unum aureum nummum annue dari in palatio Lateranensi pro obedientia subiectionis, ut abbas cum advocato suo fratribusque suis apostolicam defensionem vel eius sententiam fidutialiter requirant contra eos qui loci libertatem aliqua violentia turbare persiterint. Post hęc consecratum est oratorium in eodem loco preparatum a venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo, apostolico legato, in nomine sanctę et individuę trinitatis, in honore victoriosissimę sanctę crucis, sanctę Marię matris domini, sancti Benedicti confessoris, et omnium sanctorum. Omnia vero prescripta per eum apostolica auctoritate sunt roborata, et non tantum eo die et illo in tempore, sed etiam post aliquot annos quando iterum ad eundem locum vocatus dedicavit ibi ęcclesiam anno dominicę incarnationis MXCVIIII., indictione VI., V. kalendas Septembris, die dominica. Tunc, inquam, presentibus ipsius loci fundatoribus multaque populorum turba astante, iterum diligenter recensita sunt omnia quę ad stabilitatem et libertatem loci pertinent et ad requiem securitatis eorum qui ibi sunt deo sanctoque Benedicto servituri. Quę iterum domnus Gebehardus Constantiensis episcopus, tunc quoque vicem apostolicam tenens, amore sanctissimi patris Benedicti, apostolica auctoritate devotissime roboravit, donec ipsius cęnobii fratres Romam mittere possent, et ab ipso papa suę securitatis et libertatis privilegium susciperent.

Huius autem testamenti doctor exstitit Benno de Speichingin [11]), non semel, sed bis. Primo sicut dictum est, in ipso loco, quando ibi consecratum est predictum oratorium, secundo apud villam quę Rotwilo dicitur, coram duce Bertolfo aliisque regni principibus quam pluribus et populo multo, ubi domnus Adelbertus de Zolro, seculi actibus renuntiaturus, preter illa predia quę antea dedit, iterum deo et sancto Benedicto omnino in proprietatem tradidit quicquid in his villis habuit: Vôzin [12]), Geroldistorf [13]), Sulzo [14]), exceptis his quę servientes sui, videlicet Reinwin, Rôdolfus, Reinboto, ibidem proprio iure possederant.

Quorundam vero nomina [15]) qui hoc viderunt et audierunt pro testimonio subnectimus: comes Alwicus. comes Gotefridvs. comes Fridericus. comes Manegoldus. comes Gerunc. comes Zeizolf. Heinricus, Heberhardus, Herimannus, fratres de Dietfurt. Bertoldus de Honburc. Tiethelmus de Tockinburc. Chôno de Sulzo. Landoldus de Winzilun. Waltherus de Heitirbach. Gerboldus et Wernherus fratres de Augia. Eberhardus de Sedorf. Hiltiboldus de Taneccho. Egelolfus et Bernhardus fratres de Flôrin. Liutfridus de Bohchingin. Wernhervs et Manegoldus fratres de Cimberin. Egelolfus et Lôf fratres de Talehusin. Ôdalricus et Rôdolfus fratres de

Wigeheim. Benno, Adelbertus, Perikerus fratres de Speichingin. Bertoldus et Chônradus fratres de Gisingin. Fridericus de Wolua. Guntramnus de Egesteige.

His [16]) vero presentibus confirmatum est etiam de adiacente silva quę his terminis est inclusa: Heinbahc, de Heinbahc usque in Walsbahc, inde per ascensum ipsius Walsbahc usque in Sneitbahc, per descensum vero Sneitbahc usque in Rodenbahc, inde per descensum Rodenbahc usque ad Chinzechun, inde per descensum Chinzechun usque ad Wagodenstein, inde ad aliam Chinzichun, inde ad Grůnen Widechen, inde per ascensum eius usque ad Ursbrinc, inde usque ad Snesleifi qua tenditur ad Woluahe. De Bůchbahc vero qui ad Ellenbogun influit usque ad supremum Henesbahc, inde usque ad Stecchendenberc protenditur, inde usque ad Snesleifi quę fluit ad Wo[l]uahe.

Nach einer auf Pergament in Urkundenform geschriebenen Abschrift vom Anfang des 12. Jahrhunderts. Die Ausstellung des Originals muss zwischen den in der Urkunde angegebenen Zeitpunkt der Einweihung der Klosterkirche (28. August 1099) und die nachfolgende Bestätigungsbulle Paschals, II. von 1101 also ums Jahr 1099 gesetzt werden. Zweifel ob ein solches Original wirklich vorhanden gewesen, könnten durch die weiter unten aufgenommene Urkunde über die Stiftung des Klosters von 1125—1127 entstehen. Diese ebenfalls in einer Abschrift des 12. Jahrhunderts noch übrige Urkunde unterscheidet sich nämlich von der vorliegenden im Wesentlichen nur durch einen eingeschobenen längern Beisatz, worin des Kaisers Lothar (1125—1137) und des Bischofs Ulrich von Constanz (1122—27) Erwähnung geschieht, so dass dieselbe jedenfalls nicht vor 1125 ausgefertigt sein kann. Es ist indessen schon hier zu bemerken, dass der erwähnte Beisatz im Vergleich mit dem übrigen Inhalte der Urkunde als eine spätere, gar nicht in den Zusammenhang passende Zuthat erscheint, welche wahrscheinlich aus Anlass der darin ausgedrückten Bestimmungen nachträglich, sei es in einer förmlich aufgenommenen zweiten Urkunde, sei es in der erwähnten Abschrift ziemlich ungeschickt mit dem Inhalte der Stiftungsurkunde verbunden wurde. Ebendamit dürften die oben angedeuteten Zweifel von selbst sich heben. Abgedruckt ist die Urkunde bei Fr. Petrus, Suevia eccl. S. 51. — Besold, Doc. rediv. (Ausg. v. 1636 S. 235) nr. 1. der Alpirsb. Doc. — Reyscher, Altwürtb. Stat. R. I. S. 26. — Stillfried, Alterth. d. H. Hohenzollern Heft 2, und Monum. Zoll. I. S. 6. nr. 2 a.

1) Hausen, O.A. Rotweil.

2) und 3) Alpirsbach, Fluorn, beide O.A. Oberndorf.

4—10) Dornhan, O.A. Sulz; Hochmössingen, O.A. Oberndorf; Höffendorf, im Fürstenthum Hechingen, gehörte zur Kl. Alpirsb. Pflege Haigerloch; Grossgartach, O.A. Heilbronn; Haslach, bad. B.A.St. an der Kinzig; Vöhringen, O.A. Sulz; Nordweil im Breisgau, bad. B.A. Kenzingen.

11) O.A.St. Spaichingen.

12—14) Füezen a. d. Wertach, bad. B.A. Bonndorf, Gölsdorf, O.A. Rotweil, O.A St. Sulz.

15) Die Orte nach denen sich die Zeugen schreiben, werden folgende sein: Dielfurt a. d. Thur, südöstlich von Alttoggenburg, Kant. S. Gallen; Homburg, bad. B.A. Stockach; Alttoggenburg, im gen. Kanton; Sulz, O.A.St.; Winzeln, O.A. Oberndorf; Hallerbach, O.A. Nagold; Ow, abgeg. Burg, O.A. Horb, oder Au, nordwestlich von Alttoggenburg, Kant. Thurgau? Seedorf, O.A. Oberndorf; Tannek, bad. B.A. Bonndorf, oder Kant. Thurgau nahe bei Au und Alttoggenburg; Fluorn, Bochingen, O.A. Oberndorf; Zimmern, Burg, O.A. Rotweil; Thalhausen, O.A. Oberndorf; Weigheim, O.A. Tuttlingen; Spaichingen, O.A.St. Geisingen, bad. B.A. Möhringen, a. d. Donau; Wolfach, bad. B.A St. Aistaig, O.A. Sulz.

16) Von hier an ist Dinte und Schrift von der vorhergehenden etwas verschieden. Eine ähnliche Stelle wie die folgende, jedoch mit mehrfachen Abweichungen, findet sich auch in der Urk. von 1125—1127. Indessen scheint der Text in beiden Stellen theilweise verdorben. Die darin bezeichneten Grenzen

schliessen, sowie sie angegeben sind, keinen Bezirk ein. Im Ganzen dürfte dieser in folgender Weise sich erstreckt haben: Am Heimbach bei Wälde (O.A. Sulz) aufwärts bis zur östlichen Einmündung des Stapelbachs oberhalb Fluorn und dann an diesem aufwärts bis zu seinem Ursprung. Von da hinüber an den Bach der bei Röthenberg entspringt und diesem nach bis in den eigentlichen Röthenbach. Den letztern abwärts bis zu dessen Ausfluss in die Kinzig und dann dieser folgend bis zu ihrer Vereinigung mit der andern Kinzig bei Schenkenzell (bad. B.A. Wolfach). An der zweiten Kinzig aufwärts über Willichen (ebendas.) bis zu deren Ursprung, von da auf der Wasserscheide fort bis an den (nördlich vom oben angegebenen fliessenden) Röthenbach und diesen hinab bis ins Ellenboger Thal, und zuletzt von da über den Vogelsberg bis wo der Heimbach bei Wälde wieder anschliesst.

CCLV.

Bischof Johann von Speier gründet die Abtei Sinsheim und übergiebt sie mit genannten Gütern und Berechtigungen der Kirche zu Speier.

Speier 1100. *Januar* 6.

Notum sit omnibus tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quoniam ego Iohannes, ex divina clementia Spirensis ecclesie presul, licet indignus, construxi abbatiam in proprio allodio meo in pago Elezenzgowi in comitatu comitis Brunonis, Sunnesheim [1]) dicto, a parentibus meis michi hereditario iure relicto, ob mee meorumque patris et matris aliorumque meorum ibidem sepultorum anime remedium, in honore sancte et individue trinitatis et sancte dei genitricis Marie et sancti Michahelis archangeli et omnium sanctorum, et precipue illorum quorum ibidem reliquie continentur. Dotavi autem eandem ecclesiam diversis meis prediis, consentiente et laudante herede mea, filia videlicet fratris mei comitis Ceizzolfi ibidem sepulti, dicta Adelheid, que etiam sua predia eidem ecclesie devotissime tradidit. Dotavi igitur deo et sancto Michaheli aliisque sanctis, quorum ibidem patrocinia celebrantur, ad usum fratrum ibidem famulantium, quicquid ibi predii et decime et alicuius iuris habui, et preterea Steinuort [2]), Asbach [3]), Richardeshusen [4]) in pago Elezenzgowi. Mencingon [5]), Ensilinheim [6]) in pago Cregowi. Zeizolfeswilre [7]), Lenzingon [8]), Durminzi [9]), Cussilbrunnin [10]) in pago Enzgowi, in comitatu comitis Brunonis. Buelon [11]) in pago Hedenegowe, in comitatu comitis Godefridi. Offenbach [12]), Bebingon [13]), Servilingan [14]) in pago Spirgowi, in comitatu Spirensis episcopi. Alezenzi [15]) in pago Nachowi, in comitatu comitis Emechonis. Guntramesheim [16]) in pago Wormesfelt, in comitatu comitis Emechonis. Cognata quoque mea sua predia eidem ecclesie donavit, videlicet Vgulenheim [17]) in pago Spirgowi, in comitatu Spirensis episcopi, Immeleshusin [18]) in pago Elezenzegowi. Enzeberch [19]), Dagelvingon [20]) in pago Enzegowi, in comitatu comitis Brunonis. Has omnes curtes cum omnibus ad easdem curtes pertinentibus, cultis et incultis, silvis, pratis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus, exitibus et reditibus, et omnibus

iustitiis quibus nobis servierunt, et omnibus familiis, exceptis ministerialibus eorumque prediis et beneficiis, ecclesie Sunnischeim et fratribus ibidem deo servientibus in proprium dedimus. Quoniam autem cetera predia nostra Spirensi ecclesie tradidimus, — ad usum quidem episcopi castrum nostrum Meistersele [21]) cum silva et villa circa castrum sita, nec non omnes ministeriales nostros cum ipsorum prediis et beneficiis, ad usum vero Spirensium fratrum curtem nostram Steinwilre [22]), — idcirco cum eadem abbatia, predictis prediis dotata, ad sanctam Spirensem ecclesiam [23]) confugimus, eamque Spirensi ecclesie in proprium delegavimus, ea videlicet ratione, ut Spirensis episcopus, et ecclesie, et abbati et fratribus, et omni familie clemens et benignus in omnibus patronus assit, et ab eadem abbatia, utpote a nobis libertate donata, nihil omnino servitii exigat, defunctoque eiusdem loci abbate fratribus alium sibi patrem de suo cenobio libere permittat eligere, eundemque quem eligant, et non alium eis patrem proponat. Omnes autem parochianas ecclesias ad eandem abbatiam pertinentes ab omni episcopali servitio absolvi, ut sicut Spirensium fratrum ecclesie ab omni census exactione sunt libere, ita ab hiis nichil tributi ab episcopo queratur. Preter hec parochiane ecclesie, que est in Sunnescheim, singulare dedi privilegium, ut nullus ibi ab episcopo choriepiscopus, set abbas cum presbitero omnem ibi rem ecclesiasticam tractet, et si quid ei obsistat, ipse ante episcopum deferat. Ius etiam advocati michi placuit subscribi, ut videlicet nullum ibi episcopus constituat, sed abbas per se ipsum, quemcunque voluerit, eligat, qui nullum sibi exactorem substituat, set ipse ter in anno Sunnescheim, et non sepius, nisi ab abbate rogatus, item ter in anno Durminzi, et non sepius, nisi ab abbate rogatus ad placitum veniet, et abbatem in causis necessariis strenue iuvet, libere placitante et banniente villico abbatis. Ad ipsum autem advocatum tantum de furtis et violentiis, et de prediis familiarum ecclesie pertineat agere, et quicquid in huiusmodi placitationibus acquirat, ipse tertiam partem, abbas vero duas accipiat. In hiis singulis sex placitis det ei abbas ad servitium unum malderum panis et frissingum, qui valeat XXX nummos, et V pullos et sex caseos et XX ova, et unam situlam vini et duas cervisie, et VI maldera avene. Curtem autem Steinwilre, ut predictum est, in pago Spirgowi, in comitatu Spirensis episcopi, cum omnibus utilitatibus ad eandem curtem pertinentibus fratribus in ecclesia sancte Marie deo famulantibus donavi, exceptis ministerialibus eorumque prediis et beneficiis, et exceptis tribus libris, quas Wolfdrigel de eadem curte a me accepit, ut eis, quamdiu vivat, libere utatur. Eo obeunte eedem libre sine omni contradictione in potestatem fratrum redeant, et exceptis sex hobis, quarum duas fratribus de sancto Germano, duas vero fratribus de sancto Widone, duas fratribus de sancta Trinitate, ut eis libere ad suos usus utantur, delegavi, ut videlicet singulis annis in anniversario meo quicquid inde utilitatis exquirere possunt inter se distribuant. Constitui etiam, ut de eadem curte VIIII diebus quotannis fratribus de sancta Maria et de sancto Germano, et de sancto Widone, et de sancta Trinitate ad ecclesiam sancte Marie ad vigilias

in nocte et missas in die celebrandas convenientibus communiter serviatur, videlicet in anniversario Heinrici tercii imperatoris, item in anniversario meo; et in anniversario consanguineorum meorum, Hermanni Coloniensis archiepiscopi, nec non Wolframmi patris mei, Azele matris mee, Zeizolfi fratris mei, Adelheidi[s] et Iudde, filiarum predicti fratris mei. In singulis autem anniversariis fratribus ad servitium dabuntur II maldera et dimidium de tritico, et II hame vini, et quatuor porci, et IIII porcelli, duo maiores et II minores, et XV pulli galli, et XV casei, et LXX ova. Sin autem anniversarius, qua caro non comeditur, evenerit, pisces XXX solidorum dabuntur, et in dominico quoque servitio libra piperis, et quacumque die anniversarius contigerit, in eadem die servicium vel caro vel pisces dabuntur. Hospites vero scolares cum fratribus in refectorio refectionem suscipient, in singulis vero anniversariis C pauperibus C panes dabuntur, qui parabuntur de duobus malderis siliginis, et due hame cervisie, et unus bacho. In anniversario autem imperatoris, item in meo pauperibus in elemosinam dabuntur IIII maldera siliginis, et IIII hame cervisie, et III bachones. Definitum est etiam, ut neque ullus episcopus meus successor, neque aliquis advocatus in eadem curte et in hiis que ad eandem curtem pertinent, ullum omnino ius habeant, sed libere omnia potestate fratrum ad servitia superius exposita consistant. Recepit autem predicta comitissa Adelheid cognata mea a me pro parte sui predii in precariam curtem ecclesie Veningon [24]) ab abbate Ugelenheim,. in Beleshusin [25]), Enzeberch, Dagelvingun, hiis quamdiu vivat, libere utetur, ea obeunte, episcopus Weningon, reliquas curtes abbas recipiat. Huic traditioni testes interfuerunt ipse imperator Heinricus et complures principes illius, Fridericus videlicet Coloniensis archiepiscopus, Liemarus Premensis archiepiscopus, Burchardus Basiliensis episcopus, Otto Argentinensis episcopus, Cůno Wormatiensis episcopus, Heinricus Podelbrunensis episcopus, Widelo Mindensis episcopus, dux Fridericus, marchio Burchardus, et alii quam plures. Ad maiorem autem nostre traditionis corroborationem presentem cartam meo sigillo sigillari precepi. Facta VIII. idus Ianuarii, anno ab incarnatione domini MC., indictione VIII., regnante Heinrico tertio imperatore augusto anno XLVI., imperante autem XV., Iohanne vero episcopo anno decimo Spirensi ecclesie presidente. Acta Spire in nomine domini feliciter. Amen.

Nach dem Codex minor Spirensis im General-Landesarchiv in Karlsruhe Fol. 43a. ff. — Abdruck in Acta Theod. Palat. III. nr. 12. S. 277.

1) Sinsheim, bad. B.A.St. am Elsenzbache, woher der Name des Gaus, s. Acta Theod. Pal. VI. S. 91.

2—4) Steinfurt, bad. B.A. Walldüren; Asbach, bad. B.A. Mosbach; Reichartshausen, bad. B.A. Neckarbischofsheim.

5—6) Menzingen, bad. B.A. Bretten; Helnsheim, bad. B.A. Mosbach; über den Kraichgau vgl. Stälin I. S. 320.

7—10) Zaiserswelher, Lienzingen, Dürrmenz, O.A. Maulbronn; Kieselbronn, bad. B.A. Pforzheim; über den Enzgau vgl. Stälin I. S. 313.

11) Böhl, links am Rehbach, Kant. Mutterstadt, im baier. Rheinkreis.

12—14) Offenbach, Böbingen, Kant. Landau, baier. Rheinkreis; *Serrilingan*, abgegangener Ort bei Landau, S. Acta Theod. Pal. III. S. 252.; über den Speiergau s. ebendas. S. 288 ff.

15) Alsenz an der Nahe, Kant. Obermoschel, baier. Rheinkreis; über den Nahgau s. Acta Theod. Pal. V. S. 127.

16—18) Gundersheim im Kreis Worms, Prov. Rheinhessen; über den Wormsfeldgau s. Acta Theod. Pal. I. S. 243 ff.; Igelheim, Kant. Mutterstadt, baier. Rheinkr.; Immelshäuser Hof, bad. B.A. Sinsheim.

19) und 20) Enzberg, *Dagelringen*, wohl hier und unten fehlerhaft geschrieben für *Aahelringen*, Elfingen, Elfinger Hof, O.A. Maulbronn.

21) und 22) Maiserthal? Kant. Kaiserslautern, Steinweiler, Kant. Candel, baier. Rheinkreis.

23) Der Cod. liest *ecclesie*.

24) Venningen, Kant. Edenkoben, baier. Rheinkreis.

25) unermittelt.

CCLVI.

Stiftung des Klosters Ochsenhausen.

1100. *December* 31.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter Hawinus et Adelbertus et Counradus per manum ducis Welfonis locum, qui vulgariter dictus est Ochsenhusen [1]), id est ecclesiam unam cum quatuor mansis dotatam, et unum molendinum unamque tabernam et VI mansos unamque silvam in eadem villa, id est Ochsenhusen, ad monasterium sancti Blasii, quod est in Nigra Silva, in proprietatem tradiderunt, qui locus situs est in pago Ramechgowe [2]), in comitatu Hartmanni Bozze. Traditus est autem idem locus a praedictis viris ad praedictum monasterium in praesentia domni Uotonis abbatis, et Adelgozi advocati de sancto Blasio, coram multis testibus, cum omnibus appendiciis suis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, exitibus et redditibus, agris acquisitis et acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et cum omnigena utilitate quae ullo modo inde provenire vel excogitari potest, absque omni contradictione, cum perhenni proprietate. Sed ego Uto, indignus abbas de sancto Blasio, fraterna compassione admonitus, et futurae utilitati providens, post aliquos annos ad praedictum locum fratres nostros direxi ad instituendum dei servitium: monasterium in eodem loco fieri feci, ut semper ibi sit divinum servitium sub abbate de sancto Blasio secundum ordinem nostrum, quem de Fructuaria [3]) habemus, et idem locus cum omnibus obediat et subiaceat, sicut et Fructuariensi coenobio quaelibet suae cellae obediunt et subiacent. Hoc tamen notum sit omnibus ecclesiae filiis, quo tenore ego Uto, humilis abbas sancti Blasii congregationis, cum consilio archiepiscopi Saltzburgensis Thiemonis, et episcopi Constantiensis Gebehardi, et vicedomni Heinrici, et aliorum

religiosorum fratrum petitione, eumdem locum in divino servitio, et in proprietate praedictae ecclesiae sancti Blasii semper inviolabilem perseverare ad laudem omnipotentis dei decrevi. Primum ut nulli abbatum sive potentum de rebus ad Ochsenhusen pertinentibus aliquid inde abalienare, vel subtrahere liceat in beneficia. Secundo ut alius nullo modo ibi sit prior, nisi quem abbas de sancto Blasio praeesse voluerit. Tertio ut nullus ibi advocatus sit, nisi quem praedictus abbas constituerit. Ille autem advocatus tamdiu in illa advocatione sit, quamdiu abbas eum utilem iudicaverit. Alius autem minor qui vulgo subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. Prior autem de his qui ad conversionem venire volunt, sive ille sit monachus, sive clericus vel laicus, nullum admittat in consortium fratrum, nisi cum voluntate et concessione abbatis de sancto Blasio. Omnia maiora negotia in mutandis locis, in transferendis eiusdem loci beneficiis, et caetera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis de sancto Blasio. Insuper constituimus, ut deinceps in monasterio sancti Blasii semel in anno agatur memoria omnium illorum cum officio pro defunctis, qui praedictum locum tradiderunt ad idem monasterium, et prior de Ochsenhusen ipsa die praesens sit, et faciat caritatem fratribus secundum quod illi abbas constituerit.

Scripta est haec charta confirmationis anno MC., II. kalendas Ianuarii, ex petitione domni Utonis abbatis de sancto Blasio, hoc confirmante et in Christo roborante archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Constantiensi, ut praedictus locus, id est Ochsenhnsen, deinceps in servitio dei sub potestate monasterii sancti Blasii, ut praedictum est, perpetuo iure permaneat. Isti sunt testes huius traditionis: Hartmannus [4]) comes de Geroshusen. Manegoldus comes et filius eius Wolferadus de Isinun et de Altshusen. Hartmannus comes et frater eius Otto de Chilchberg. Liutfridus et Manegoldus de Billenhusen. Heinricus de Baldisheim. Reginhardus de Ursinun. Ocoz. Reginboto de Heigernbouch. Adelgoz de Luzelunburg. Ripertus et Wolftregel de Lovbon. Hatto de Ochsenhusen. Hartnit de Stevensriet.

Nach Gerbert, Hist. N. S. III. S. 38. nr. 27. — Das Original befindet sich weder im k. Staatsarchiv noch im General-Landes-Archiv in Karlsruhe. — Auszug bei Lünig, Reichsarchiv XVIII. S. 365.

1) O.A. Biberach.
2) Ueber den Ramech- oder Rammagan vgl. Stälin I. S. 306.
3) Zwischen Ivrea und Turin in Savoyen, von dem heil. Wilhelm gestiftet.
4) Die Orte nach denen sich die Zeugen schreiben sind: Gerhausen, O.A. Blaubeuren; Isni, O.A. Wangen; Altshausen, O.A. Saulgau; Oberkirchberg, a. d. Iller, O.A. Laupheim; Bühlenhausen, O.A. Blaubeuren; Balzheim (Ober- Unter-) O.A. Laupheim; Irrsee, baier. L.G. Türkheim; Hagenbuch, O.A. Biberach oder Haigerloch? sigm. O.A.St.; Lützelburg, unermittelt; Lauben, O.A. Leutkirch; Ochsenhausen s. Anm. 1; Stephansried, baier. L.G. Ottobeuren.

CCLVII.

Konrad und sein Bruder Hawin auch Adelbert schenken Güter in genannten Orten an das Kloster Ochsenhausen.

(um 1100.)

Chŏnradus et frater eius Hawinus dederunt ęcclesiam unam cum IIII mansis dotatam, et unum molendinum unamque tabernam, et VI mansos unamque silvam in villa Ohsinhusin. Item dederunt dimidiam et octavam partem in ęcclesia apud villam Reinstettin [1]). Donaverunt etiam capellam unam in villa Lŏba [2]) constitutam, et in eadem villa, id est Lŏba, et in alia, Turra [3]) innominata, VI mansos cum taberna et cum silvis ad eos pertinentibus. Item dederunt villa Bercheim [4]) duos mansos. Item dederunt capellam unam dimidio manso dotatam, et XIIII mansos et II silvas in villa Wŏstirheim [5]).

Adelbertus dedit quartam partem in ecclesia apud villam Tanheim [6]) constituta. Donavit etiam in eadem villa, inter molendinum et tabernam et salicam terram, X mansos cum omni pertinentia. Item dedit tres manso[s] in vico Cella [7]) nominato. Donavit etiam duos mansos in monte Hungersperc [8]) dicto. Item dedit unum mansum in vico Milinberc [9]). Donavit etiam unum mansum in vico zi Motechinhus [10]) dicto. Iterum dedit quatuor mansos in vico, zi Seveindi [11]) nominato. Donavit etiam molendinum unum in loco qui dicitur Spiůlevvac [12]). Item dedit dimidiam partem in ęcclesia apud vicum Rota [13]) constituta. Donavit in eodem vico, inter tabernam et arvum, duos mansos. Item dedit dimidium mansum iuxta eundem vicum in quodam novali constitutum. Donavit etiam duos mansos in vico zi Diezenhaldun [14]) nominato.

Ein kleines Diplomatar des vormaligen Klosters Ochsenhausen, bestehend in vier aneinandergehefteten ungleichen Pergamentblättchen in 8 oder klein 4, enthält unter andern auch die obige Aufzeichnung. Dieselbe steht auf der Vorderseite des dritten Blättchens, dessen hintere Seite leer ist. Schrift und Dinte wechseln mehrfach, zum Theil auf demselben Blättchen; doch gehören sämmtliche Einträge einer Hand des 12. Jahrhunderts an. Das oben mitgetheilte Stück, sowie einige andre gehören nicht zu den eigentlichen Urkunden; der übrigen wegen, bei denen diess der Fall ist, und da es ihrer überhaupt nur wenige sind, wurden indessen alle gleichmässig darunter eingereiht. — Abdruck bei Lünig Reichsarchiv XVIII, S. 367.

1—5) Reinstetten, O.A. Biberach; Lauben, Dürren, Bergheim, O.A. Leutkirch; Westerheim, Ober- Unter-, an der Günz, baier. L.G. Ottobeuren. — Das folgende von *Adelbertus* an von anderer Hand.

6—9) Thannheim, Ober- Unterzell, O.A. Leutkirch; Hungerberg, ein Berg westlich von Kirchberg, O.A. Biberach; Mühlberg, O.A. Leutkirch.

10—13) Motzenhaus? O.A. Tettnang; Schwendi, O.A. Laupheim; Spindelwag, Roth, O.A. Leutkirch. — Statt des *u* in *Spiuilewac* kann auch *n* gelesen werden.

14) Dusshälden? ein Zehentbezirk von Hausen ob Urspring, O.A. Blaubeuren, s. Memminger. Beschr. d. O.A. S. 158.

CCLVIII.

Kaiser Heinrich IV. bestätigt der Kirche zu Speier und deren Bischofe Johann alle von seinen Vorfahren und ihm selbst dahin verliehenen Besitzungen und Freiheiten.

Speier 1101. *April* 10.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clemencia tercius Romanorum imperator augustus. Quoniam sanctorum interventu, si deo sanctisque eius dignam venerationem impendimus, nostri imperii honorem in presenti corroborari et in futuro beate glorie coronam nobis preparari credimus, deo sanctisque eius humile et devotum obsequium exhibere satagimus. Beatam igitur Mariam, quam reginam esse scimus angelorum, que mundo edidit salvatorem, pre ceteris post deum venerantes, ecclesiam Spirensem, in honore ipsius a nostris parentibus, avo videlicet Conrado et patre nostro Heinrico imperatoribus augustis, in eadem ecclesia consepultis, devote constructam et dotatam, nos quoque ditare, sublimare prediis, familiis, ornamentis, diversisque operibus magnificare in honore dei et sancte Marie devote studemus. Quoniam autem excellentius ecclesie ornamentum in vivis lapidibus, id est in clericis literatis, morigeratis, discretis, religiosis esse scimus, ipsosque in nulla ecclesia sine cottidiane stipendio prebende stabiliter deo in divini officii constitutione posse servire videmus; idcirco summum nobis est votum, omnes ubique clericos, precipue nostros speciales in nostra speciali sancta Spirensi ecclesia, omnibus modis iuvare, ditare, honorare. Confirmamus igitur quicquid ab avo nostro Conrado imperatore augusto predictis fratribus ad prebendam datum est: Johanningen [1]) videlicet, cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus, et quecunque eis genitor noster ad prebendam contulit, videlicet Niugertingun [2]), Rodenuelis [3]), Badun [4]), Mindelenheim [5]), Locwilri [6]), Schiuerstadt [7]) cum decima, Nustorph [8]), Spirechischeid [9]), Luterbach [10]), Salunbach [11]), Cruczenach [12]), Pillungesbach [13]), Luoch [14]) cum omnibus ad has curtes pertinentibus, et quod nos quoque addidimus, ad prebendam quidem: Eppingun [15]), Eschinewach [16]), et quicquid ad has curtes pertinet, excepta abbacia in Eschinewach, quam Spirensi episcopo tradidimus, ad oblacionem vero: Beienstein [17]) pro anima filie nostre Adelheith in Spirensi crypta sepulte, Sulicho [18]) etiam, ut servitium inde cunctis fratribus Spirensis civitatis et elemosine pauperibus in anniversariis avi nostri Conradi et ave nostre Gisele et patris nostri Heinrici festive donentur. Horum omnium prediorum traditionem, a nobis et a parentibus nostris imperatoribus augustis factam, cum omnibus que ad eadem predia aliquo modo pertinent in diversis utriusque sexus mancipiis, terris, vineis, ecclesiis, decimis, theloneis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, pratis, piscationibus, venacionibus, exitibus et redditibus, omnibus horum prediorum utilitatibus, pro nostre omniumque nostrorum anime remedio renovamus, et nostre imperialis auctoritate

dignitatis corroboramus, ea videlicet ratione, ut que ad prebendam determinata sunt, ad prebendas inde fratribus disponendas prepositus sub suo iure habeat, que vero fratribus ad oblationem data sunt, ea per se fratres libere amministrent. Si vero aliquid sibi et ecclesie vel per commutationem vel per venditionem utilius inde facere possunt, hoc quoque secundum ecclesiasticam consuetudinem fieri concedimus. Si vero, quod absit, episcopus aliquid de predictis prediis, vel sibi usurpaverit, vel in beneficium alicui donaverit, et bis vel ter a nobis admonitus emendare noluerit, sicud parentes nostri Conradus et Heinricus imperatores augusti sanxerunt, ita et nos decernimus, ut videlicet dimidiam libram auri ad altare sancte Marie donemus, et predium fratribus iniuste ab episcopo subtractum in nostros usus libere recipiamus, et de eo, sicud de alio hereditario nostro allodio, quicquid nobis placuerit faciamus. Eandem etiam legem nostris heredibus in omne posterum tempus relinquimus, et constituimus, ut, si pro ipsorum secunda vel tertia admonitione Spirensis episcopus predicta predia, vel sibi usurpata, vel in beneficium alicui data, fratribus restituere noluerit, heredes nostri dimidiam libram auri ad altare sancte Marie donent, et predium fratribus iniuste ab episcopo subtractum in suos usus libere recipiant, et de eo, sicut de alio hereditario suo allodio, quicquid sibi placuerit faciant. Eosdem etiam nostros in Spirensi ecclesia canonicos claustrales libertate iuris ab antiquo constituta et a regibus Hilderico, Ludwico, Dagaberto, et ab imperatoribus Karalo, primo Ottone, filioque illius Ottone, tertio Ottone, Heinrico Babenbergensi, eis data et confirmata, nec non ab avo nostro Conrado et a patre nostro Heinrico imperatoribus augustis renovata et incorporata, interpellante et orante serenitatem nostram fideli nostro Iohanne venerabili Spirensis ecclesie episcopo, nos quoque honoramus et donamus, ut videlicet unusquisque Spirensis ecclesie canonicus, sive nobili vel humili genere ortus, sive sit sanus sive in lecto egrotus, sine consensu sui advocati et heredis, liberam habeat potestatem, allodium suum et familiam fratribus pro remedio anime sue absque omni convulsione donandi. Liberam etiam habeat potestatem, curtem claustralem, cuicumque fratri voluerit, et nulli alii, coram tribus vel duobus fratribus, sive sit sanus sive in lecto egrotus, absque omni convulsione donandi. Liberam etiam habeat potestatem, pecuniam suam, vinum, frumentum, vestes, equos et omnem suppellectilem suam, et quicquid mobilis rei possideat, insuper prebendam suam per annum post mortem suam cuicunque mortalium sibi placuerit, item coram tribus vel duobus fratribus absque omni convulsione donandi. Si vero, antequam quicquam de rebus suis disposuerit, morte preventus fuerit, fratres pellicias, suppellicia, tunicas, camisias, et quodcunque vestimentum linguam habet, et lectum, cum lectisternio et linteamine et coopertorio, sive pellibus si coopertorio caret, et quibuscunque vestibus in claustro et ad chorum utebatur in suos usus recipiant, et de prebenda illius per annum, sicut utilius anime illius viderint, decanus cum fratribus disponat, et de reliqua eius substancia quam reliquit ipsi fratres, et nullus alius, hac ratione se intromittant, ut heredibus, si ydoneos habuerit, totam eam, excepta convenienti serviencium ipsi

remuneracione, integre resignent. Si vero ydoneos non habuerit, ipsi fratres totam quam reliquit substanciam, exceptis vestibus et aliis rebus fratribus determinatis, sicut commodius anime defuncti censuerint, disponant. Curtis vero claustralis in potestate sit episcopi, alii tamen fratri, et non alii, ab eo donanda. Quiddam tamen de illis fratribus qui obedientias ab episcopo habuerint excipimus. Si videlicet de prebendis fratrum quibus prefuerint, vel de aliis rebus quod ad eos iure obediencie pertinuit, viventes non disposuerunt, fratres quidem de defuncti substantia quod ipsorum ius est recipiant, et de reliqua parte, quam Spire, sive in propria, sive in aliena curte habuit, quod neglexit suppleant, et si quid residui fuerit, vel ipsius heredibus, vel ipsius anime, ut prescriptum est, conferant. Qnicquid autem in rure in beneficio quod ab episcopo habuit reliquit, in usum episcopi cedat. Legem etiam de substancia defuncti Spirensis episcopi datam ab antiquo et a predictis regibus et imperatoribus confirmatam nos quoque corroboramus, damus, firmiter tenendam constituimus, ut videlicet, si ipse vivens bona sua non legaverit, fratres omnes vestes illius claustrales quas reliquit obtineant, cetera omnia, frumentum, pecunia, equi et quicquid mobilis rei possedit, in tres partes dividantur, et una tertia pars fratribus, una pauperibus distribuatur, una futuro episcopo reservetur. Alio quoque iure fratres nostros Spirenses civibus huius loci preferimus. Si quis illorum serviens, hospitio et convictu alicuius eorum cottidiano participans, aliquam contra ius civium iniusticiam fecerit, non in forum, neque in ius publicum, sicut alii, ex precepto tribuni vocentur, immo tribunus, episcopi in claustrum ante decanum veniens, et sibi et ei qui lesus fuerit satisfactionem postulet et accipiat; hac videlicet ratione, ut ei qui lesus est secundum ius civile componatur; tribuno vero, vel verberibus, si fratri domino peccantis placet, vel, si frater mavult servienti parcere, pecunia secundum ius civile, LX videlicet solidorum satisfactio fiat. Si vero aliquis fratrum alium neque ipsius hospicio neque cottidiano victu utentem servientem in urbe habeat, communi civium iuri subiaceat. Hoc quoque addimus, ut nullus in alicuius fratris curte, ubi ipse habitat, eo nolente hospitetur, nisi imperatore vel rege ibi curiam habente, caminata, et non stabulum neque coquina, a camerario imperatoris vel regis alicui episcopo vel abbati, et ipso fratre permittente, ibi concedatur. Sancimus etiam, ut curtes fratrum in quibus ipsi habitant, ita sub firmissima consistant immunitate, ut, si forte vel urbis prefectus, vel tribunus, vel alius aliquis edes vel curtem alicuius fratris in quibus habitat, vel violenter irruperit, vel aliquem ibi ceperit, vel in aliquo leserit, secundum legem immunitatis episcopo sescentis solidis, cum episcopali banno triplici, et ei qui lesus est triplici ipsius compositione componatur. Si vero aliquis fratrum aliquem forensem vulneraverit, vel spoliaverit, vel in aliquo leserit, non ob hoc vel a prefecto vel a tribuno capiatur, set ipsa questio ad decanum et ad alios fratres deferatur, et ei qui lesus est ab eo qui peccavit secundum iustitiam componatur. Ipse vero vel acri corporis disciplina, vel ieiunio, vel utroque, pro qualitate criminis, longo vel brevi affligatur, neque claustrum exire ante dignam satisfactionem

ei permittatur. Si vero, vel in huius, vel in cuiuslibet alterius criminis emendatione decano et fratribus aliquis frater inobediens fuerit, de claustro a decano eiciatur, prebenda ei auferatur, ipse tamen nihilominus usque ad sex septimanas, si forte resipiscere velit, expectetur, et si misericordiam usque ad hoc spatium quesierit, a decano et fratribus in primis penitentia inobedientie recipiatur et postea prescripto iuri penitentie subiaceat. Si autem infra sex septimanas redire contempserit, res ante episcopum deferatur, et ei coram episcopo, communi omnium fratrum iudicio et conseǔsu, prebenda abiudicetur. Et ut hec traditio et corroboratio, tam de prediis quam de iure prescripto, in omnes retro generationes stabilis et a nullo unquam vel imperatore vel rege vel episcopo sive aliquo mortali dissolvenda permaneat, presentem cartam nostri sigilli impressione insigniri precepimus.

Signum domni Heinrici tercii Romanorum imperatoris invictissimi.

Humbertus cancellarius vice archicancellarii recognovit. Data IIII. ydus Aprilis, anno ab incarnacione domini millesimo centesimo primo, indiccione VIIII., regnante Heinrico tercio Romanorum imperatore augusto anno XLVII., imperante autem XVI. Acta Spire in Christi nomine, ȧd salutiferam memoriam Heinrici tercii Romanorum imperatoris augusti feliciter. Amen.

Nach dem s. g. *Liber Obligationum* des Stifts Speier *Tom.* I. Fol. 150 im General-Landes-Archiv in Karlsruhe. — Abdruck bei Dümge Reg. Bad. S. 131. nr. 83. Lezterer hält die Urkunde aus verschiedenen Gründen für verdächtig, welche bei ihm selbst nachgesehen werden mögen.

1) Jöhlingen, bad. B.A. Durlach.

2) Nürtingen, O.A.St.

3—16) Rotheufels, bad. B.A. Rastadt; Badenbaden; Mundenheim, rheinbaier. Kant. Mutterstadt; Lochweiler, elsas. Bez. Zabern; Schifferstadt, Kant. Speier; Nussdorf, Kant. Landau; Schaidt, Kant. Candel, alle drei rheinbaierisch; Ober-, Nieder-Lauterburg und Salmbach, elsas. Bez. Weissenburg; Kreuznach in Rheinpreussen; Büllensbach? ebendas. im Siegkreise, nach den Acta Theod. Pal. III. S. 255 vielleicht Spirgelbach, neben dem nächstfolgenden gelegen; Lug, rheinbaier. Kant. Annweiler; Eppingen, bad. B.A.St. am Elsenzbache; Eschwege, kurhess. Prov. Niederhessen.

17) und 18) Beinstein, O.A. Waiblingen; Sülchen in dem Namen einer Kirche, O.A. Rotenburg, noch erhaltene Ortsbenennung (s. Urk. v. 1057, Anm. 1. S. 273, und Urk. v. 1075. Oct. 9. Anm. 35, S. 281).

CCLIX.

Pabst Paschalis II. bestätigt die Stiftung des Klosters Alpirsbach, und ertheilt ihm das Recht seine Vögte und Aebte nach eigener Wahl zu ernennen.

Im Lateran 1101. *April* 12.

Paschalis episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Cǒnoni Alpirspȧchensi abbati eiusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sorciatur effectum. Proinde religio-

sorum procerum Rŏtmanni de Husin, Adelberti de Zolro et Alewici comitis de Sulzo devotionem perpendentes, eorum desideriis assentimus, et beati Benedicti monasterium quod in suo predio fundaverunt, in loco scilicet hereditatis propriç qui vocatur Alpirspach, auctore deo decreti presentis auctoritate munimus, statuentes ut locus ipse cum adiacenti silva et terminis suis, alia quoque predia et mancipia que ipsi commmuniter per manum liberi hominis Bernhardi de Flurin [1]) beato Benedicto tradiderunt in villis quç vocantur Dorinhein [2]), Homessingin[3]), Heuindorf [4]), Garta [5]), Hasela [6]), Ueringin [7]), quçque singulariter Adelbertus de Zolro suç conversionis tempore in villis infra nominatis tradidit, id est in Uŏzin [8]), Geroldisdorf [9]) et Sulzo [10]), Bollo [11]), Norwilo [12]), atque Bosingin [13]), quecunque etiam in futurum vel supradicti proceres vel alii quilibet fideles in idem cçnobium de suo iure obtulerint, firma semper et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi quem utiliorem providerint instituant. Qui si postmodum monasterio inutilis et fratribus gravis fuerit, remoto eo alium preficiant. Nec alius advocatiç bannum a catholico rege suscipiat, nisi qui ab abbate et fratribus electus exstiterit. Obeunte te nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptç a Romana çcclesia libertatis aureum nummum qui bizancius dicitur quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut çcclesiastica quçlibet secularisve persona, hanc nostrç constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfac[t]ione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonç actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia çternç pacis inveniant. Amen. Amen. Scriptum per manum Petri notarii, regeonarii et scriniarii sacri palatii.

(Rundzeichen.) [14]). Ego Paschalis catholicç çcclesiç episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Datum Lateranis, per manum Iohannis, sancte Romane çcclesiç diaconi cardinalis, II. idus Aprilis, indictione VIIII., incarnationis dominicç anno MCI., pontificatus autem domni Paschalis secundi pape II.

Nach einer gleichzeitigen facsimilisierten Abschrift auf Pergament. — Auf dem Raume zwischen dem Rundzeichen und dem Monogramm steht eine in der nächstfolgenden Nr. mitgetheilte, von verschiedener, aber gleich alter Hand herrührende urkundliche Vormerkung, welche bei Besold Doc. rediv. (Ausg. v. 1636 S. 245.) nr. 2 der Alpirsb. Doc. unrichtig als ein Stück der Bulle mit abgedruckt ist. — Fernerer Abdruck der Bulle bei Crusius, Annal. Suev. II. Lib. VIII. c. 1. S. 306. — Mager, Adv. arm. V. S. 165. — Fr. Petrus, Suev. eccl. S. 54. — Stillfried, Monum. Zoll. I. S. 12. nr. 3.

1—13) (Ueber 1—10 und 12 zu vergl. die Stiftungsurk. v. 1099. S. 317., Anm. 3—10 und 12—14) 11 und 13 sind Boll, O.A. Sulz, und Bösingen, O.A. Rotweil.

14) Mit dem Wahlspruch: *Verbo domini celi firmati sunt.*

CCLX.

Vormerkung über die an Kloster Alpirsbach übergebenen Güter zu Fischerbach und Lauterbach.

(*um* 1101.)

Testes qui affuerunt ubi predium Uischerbac [1]) datum est: Fridericus et Arnoldus fratres de Wolua, ipsius predii traditores, comes Bertoldus de Nuinburc. Wern de Hophov. Dietericus de Nuinburc. Růdolfus de Windisle. Cůno de Horv. Růdolf de Wildorf. Sigeboto de Hoviwilar. Egilolf de Brandech. Eigilwart de Cappis. Adelber de Westirhein. In loco Offinbvrc [2]).

Item feoda sita in Luterbach [3]), tradita ecclesie sancti Benedicti in Alpirspach, videlicet per manus nobilium dominorum Hugonis de Werstein et R. de Witenbrunne, libere ab eisdem, nullis machinationibus interpositis dolosis, in eodem iure prout in supra scriptis prediis prelibatum est, recepimus fruenda, regenda, disponenda et possidenda, statuentes in traditione dicta advocatis persolvi precise et dari ius advocacie ob tuicionem et conservationem dictorum feodorum, nec ullo modo magis molestari vel gravari.

Das erste Stück dieser Vormerkung bis zu dem Worte *Offinbvrc* steht an der unter der vorigen Nummer bezeichneten Stelle der dort abgedruckten HS. und ist bei Besold a. a. Orte gedruckt. Das folgende ist von derselben Hand wie das vorhergehende oberhalb auf den Rücken der gleichen HS. geschrieben und gehört dazu. Eine nähere Vergleichung dieser Vormerkung zeigt, dass dieselbe auf den Inhalt der Bulle der sie beigeschrieben ist, Beziehung nimmt. — Ein Abdruck der ganzen Vormerkung bei Stillfried, Monum. Zoll. I. S. 13.

1) Fischerbach, bad. B.A. Haslach.

2) Offenburg, bad. B.A.St.

3) Lauterbach, Thal, O.A. Oberndorf. — Die Ortsnamen, nach denen die vorkommenden Personen sich nennen, sind: bad. B.A.St. Wolfach; Neuenburg, bad. B.A. Müllheim, s. Stälin II. S. 297; Hopfau, O.A.

Sulz; Windschläg, bad. B.A. Offenburg; O.A St. Horb; Weildorf, sigm. O.A. Haigerloch; Hofweier, bad. B.A. Offenburg; Brandeck, noch übrig in dem Namen der Brandeckmühle, bei Dornhan, O.A. Sulz; Kappishäusern? O.A. Nürtingen; Westerheim, O.A. Geislingen? Wehrstein, sigm. O.A. Glatt; ***Witenbrunne*** **unermittelt.**

CCLXI.

Siegfried und seine Brüder Konrad, Eberhard und Ogos übergeben ihr Erbe in genannten Gauen und Orten an das Kloster Allerheiligen in Schaffhausen.

Schaffhausen 1101. *April* 21.

Noverit omnium Christi fidelium presentium scilicet ac futurorum sollers industria, quod ego Sigefridus et fratres || mei Cônradus, Eberhardus et Ogoz hereditatem nostram tradimus ad monasterium quod situm est in villa quę dicitur Scafhu||sa, et est constructum in honore sancti salvatoris et sanctę Marię omniumque sanctorum, ubi venerabilis Adelbertus gregi dei || preesse cernitur. Et hoc est quod tradimus: quicquid hodierna die habere videmur in pago Hegôwa in comitatu Lôdewici in locis infra notatis, ze Rûti [1]) ze Hohenstetin [2]); quicquid etiam in pago Argowa sub comitatu Ôdalrici in istis locis, ze Willineshôwa [3]), ze Stôfen [4]), ze Nunnenwilare [5]), ad hoc quoque quod habemus in pago Briscaugia in comitatu Herimanni ze Hugenshem [6]), nec non etiam quod in pago Heregôwa habere dinoscimur sub comitatu Manegoldi in villa que dicitur Pulster [7]). Hoc est tam terris quam domibus, mancipiis, pomeriis, pratis, pascuis, molendinis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, cultis et incultis. Hec ergo omnia de nostro iure atque dominio in ius atque dominium prefati monasterii potestativa manu tradimus atque transfundimus, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum omniumque fidelium vivorum atque mortuorum. Si quis vero, quod fieri non credimus, hanc traditionis cartam infringere temptaverit, multam quam carta continet conponat, hoc est auri uncias X, et totidem pondo argenti, et insuper hęc traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat. Actum in ęcclesia sancti salvatoris, anno ab incarnatione domini MCI., indictione VIIII., mense Aprilis, XI. kalendas Maii, luna XVIII., die dominico paschę, coram testibus [8]) quorum hic signa continentur. Signum Burcardi comitis de Rammeshem. s. Waltonis de Sitin. s. Immonis de Immindingen. s. Gerungi de Cimbren. s. Heinrici de Wihtelperc. s. Adelberti de Gamertingen. s. Guntfridi de Gômôtingen [s.] Burchardi de Esschingen. s. Eberhardi de Mezzingen. s. Lôtoldi de Lôtoldeshusen. s. Herimanni de Bôselingen. s. Adelberti de Wintersbôron. s. Meginfridi de Orsingen. [s.] Rôperti de Hadolfingen. s. Adelberti de Werenswilare. s. Regenhardi de Michelenstein.

Ego itaque Werenharius, indignus diaconus et monachus sancti salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi. *(Recognitions-Zeichen)* 9) Amen.

Ohne Siegel. — Hinten von gleich alter Hand *Predium Sigefridi de Ruti et fratrum eius.* Nach dem Orig. des bad. General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Abdruck bei Dümge S. 119. nr. 71.

1) und 2) Reuthe, Fil. von Honstetten, bad. B.A. Stockach, und Hohstetten, bad. B.A. Engen; über den Hegau s. Stälin I. S. 296.

3—5) Kant. luzern. Amtsst. Willisau; Staufen, Bez. Lenzburg, im Aargau; Nunnwyl, Kant. luzern. Amts Hochdorf, unweit des Baldegger Sees.

6) Hügelheim, bad. B.A. Müllheim, im Breisgau.

7) So stand ursprünglich, eine spätere Hand änderte *polster.* — Bolstern, O.A. Saulgau; über den Heregau oder Ertgau s. Stälin I. S. 293.

8) Die Orte nach denen die Zeugen sich nennen sind: Ramsen, Kant. Schaffhausen; *Sitin* unbek.; Immendingen, bad. B.A. Möhringen; Zimmern, Burg, O.A. Rotweil; Wichtelberg, lag im Klettgau. S. Mone Anz. 1837. Sp. 6. Gamertingen, sigm. O.A.St.; Gutmadingen, bad. B.A. Möhringen; Eschingen, O.A. Rotenburg; Metzingen, O.A. Urach; Luizhausen, O.A. Ulm; Büsslingen, bad. B.A. Blumenfeld; Winterspüren, Orsingen, bad. B.A. Stockach; Hailfingen, O.A. Rotenburg; Wirnsweiler, Fil. von Bolstern, O.A. Saulgau; Michelstein, O.A. Spaichingen.

9) Dümge liest dieses Zeichen *feliciter.*

CCLXII.

Kaiser Heinrich IV. stiftet das Gut Ilsfeld mit bezeichneter Zugehörung unter angegebenen Bestimmungen an das Stift Speier.

Speier 1102. *Februar* 15.

(Chr.) ⁞ In nomine sancte et individuę trinitatis. Heinricus tercius, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. ⁞ Quoniam et in presenti nostri imperii honorem corroborari, et in futuro ‖ nos feliciter coronari credimus, si deo ipsiusque sanctis debitam venerationem inpendimus, ecclesias dei ubique locupletare, sublimare, defendere quam studiosissime satagimus; maxime autem sanctam Spirensem ‖ ęcclesiam, in honore beatę Marię virginis dei genitricis constructam, in qua corpora parentum nostrorum consepulta sunt. Notum igitur esse volumus, quoniam et pro nostra et nostri dilecti filii Heinrici ‖ regis presente et futura salute, et pro remedio animarum nostrorum parentum, avi videlicet nostri Cônradi imperatoris, et avę nostrę Giselę imperatricis, patrisque nostri Heinrici imperatoris, matrisque nostrę Agnetis imperatricis, nostręque dilectissimę coniugis Berethę imperatricis, et fratris nostri Cônradi, filięque nostrę Adilheidis, et filii nostri Heinrici, ob fidele servitium et petitionem carissimi Iohannis Spirensis episcopi, predium quoddam, Ilisvelt 1) dictum, in pago Scuzingowi, in comitatu Adelberti comitis situm, cum omnibus appenditiis,

hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, ędificiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quęsitis et inquirendis, seu cum omni utilitate quę aut scribi potest aut dici, preter partem eiusdem predii, in villa Iendan [2]) nominata sitam, quod ecclesię Sunnisheim dedimus, ad altare sanctę Marię in proprium tradidimus: ea videlicet ratione, ut predictus Spirensis episcopus ipsiusque successores liberam habeant potestatem eandem curiam sibi retinendi, ad utilitatem ęcclesię conmutandi, precariandi. Hoc tantum excipimus, ne vel ipse vel aliquis ipsius successor ulli umquam eandem curiam in beneficium prestare presumat. Quod si vel ipse vel aliquis ipsius successor, quod absit, alicui in beneficium dederit, vel aliquo modo a servitio episcopi abalienaverit, bis vel ter ab nostro herede, ut emendet, moneatur. Cuius admonitionem si contempserit, idem noster proximus heres dimidiam libram auri in publico pondere ad altare sanctę Marię persolvat, sibique supradictam villam hereditario iure possidendam redimat. Constituimus etiam, ut de predicta curia episcopus cunctis de omnibus, ęcclesię fratribus in anniversario avę nostrę Giselę imperatricis, vespere ad vigilias et mane ad missam pro defunctis ad maiorem ęcclesiam ubi ipsa sepulta est convenientibus, in refectorio refectionem honeste ministret, et insuper in eadem die CC pauperes pascat. Et ut hęc nostrę traditionis et constitutionis imperialis auctoritas stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

⁝ Signum domini Heinrici tercii Romanorum imperatoris invictissimi. ⁝

(Monogramm.)

⁝ Walcherus cancellarius vice Rŏthardi archicancellarii recognovit. ⁝

Data XV. kalendas Marcii, anno ab incarnatione domini millesimo CII., indictione X., regnante Heinrico tertio Romanorum imperatore augusto anno XLVIII, imperante autem XVII.

Acta Spirę in Christi nomine ad salutiferam memoriam Heinrici tercii Romanorum imperatoris augusti feliciter. Amen. *(Siegel.)* [3])

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe.

1) Ilsfeld, O.A. Besigheim, im Schozachgau, s. über diesen Stälin I. S. 322 und 324.

2) Abgegangener Ort, der Name noch übrig in dem s. g. Jendacher Zehenten bei Ilsfeld.

3) In braun Wachs am Ende der beiden letzten gleichauslaufenden Zeilen aufgedrückt. Umschrift: HEINRICVS DeI GRatiA ROMANORum IMPERATOR AVGustus.

CCLXIII.

Eberhard von Metzingen stiftet zum Kloster Allerheiligen in Schaffhausen, wo sein Sohn Adelbert Abt ist, all sein Eigen auf der Alb im Orte Bleichstetten.

Schaffhausen 1102. *April* 2.

In dei nomine. Ego Eberhardus de Mezzingen, divinę credulus ‖ voci qua dantibus dicitur dari, insuper pręsenti diffidens instabilitati, cogitans ‖ incertitudinem rerum transeuntium, et desiderans adipisci pręmium ęternorum, ‖ cum manu uxoris meę Richincę et cum filio meo Eberhardo, Bertoldo etiam filio meo assentiente, trado ad monasterium sancti salvatoris et omnium sanctorum quod situm est in villa Scafhusa, ubi modo venerabilis abbas Adelbertus, filius meus, gregi dei pręesse cernitur, quicquid hodierna die proprietatis supra Alpes habere videor in loco qui Bleichstetin [1]) dicitur, hoc est tam terris quam domibus, mancipiis, edificiis, areis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, et quicquid dici aut nominari potest: omnia videlicet de meo iure et dominio, liberis meis consentientibus, in ius et dominium prefati monasterii ex integro trado atque transfundo pro anima mea et filii mei Eberhardi, et pro animabus omnium liberorum meorum et parentum ac fratrum meorum, et omnium fidelium defunctorum. Si quis vero, quod fieri non credo, et quod deus avertat, ego ipse, aut ulla opposita persona, contra hanc traditionem venire et eam infringere et pervertere temptaverit, irrita fiat eius machinatio; insuper multam quam carta continet coactus persolvat, hoc est auri uncias V, et argenti pondo totidem, sed et pręsens traditio rata et inconvulsa omni tempore permaneat, stipulatione subnixa. Actum anno dominice incarnationis millesimo CII., indictione X., mense Aprili, VIII. idus eiusdem mensis, die dominica, luna XV., ante ęcclesiam s. salvatoris, coram domno Gebehardo episcopo et Adelberto abbate, atque multis idoneis testibus, quorum hic nomina et signa [2]) sunt subnotata. Signum Eberhardi et filii eius Eberhardi de Mezzingin [3]), qui hanc traditionem fecerunt ac firmaverunt. Signum Manegaldi comitis de Alshusin. signum Theoderici de Nellenburk. signum Werinharii de Chilichein. signum Heinrici de Witilsperc. signum Trudewini de Immindingen. signum Reginhardi de Michilnstein. signum Meginfridi de Orsinga. signum Bertoldi de Witilnchoven [4]). signum Marcuardi de Speichingen. signum Adelberti de Werinswilari. signum Wolferadi de Tôtinhoven [5]).

Ego itaque Marcwardus, indignus presbyter et monachus sancti salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi feliciter. *(Recognitions-Zeichen.)* Amen. Amen. Amen.

Nach dem Original des Kantons-Archivs in Schaffhausen. — Hinten: DE BLEICHSTETIN.

1) Bleichstetten, O.A. Urach.

2) Die fehlenden Handzeichen hinter den Namen könnten auf die Vermuthung führen, dass das noch erhaltene Exemplar eine gleichzeitige Abschrift sei. Doch dürfte dieser Umstand an sich noch nicht entscheiden.

3) Metzingen, O.A. Urach, s. die Urk. v. 21. Apr. 1101, Anm. 8, S. 330.

4) und 5) Wittlekofen, bad. B.A. Bonndorf; Tautenhofen, O.A. Leutkirch. Die übrigen Namen bedürfen theils keiner Erklärung, theils sind sie in der gen. Urk. schon erklärt.

CCLXIV.

Friederich, Herzog der Schwaben und Franken, seine Gemahlin Agnes und seine Söhne Friederich und Konrad übergeben die Abtei Lorch dem heil. Stuhle unter ausgedrückten Bestimmungen.

1102. *Mai* 3.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Suevorum dux et Francorum. Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum fieri volumus, qualiter ego Fridericus et uxor mea Agnes cum duobus filiis nostris, Friderico scilicet et Cunrado, ob remedium animarum omnium parentum nostrorum, vivorum et in domino quiescentium, tempore Hermanni Augustensis episcopi, Gebehardi Constantiensis episcopi, Iohannis Spirensis episcopi, Emmehardi Wirceburgensis episcopi, per religiosorum ac nobilium laicorum manus, domni Heinrici de Uelleberc [1]), domni Witonis de Groningen [2]), abbatiam quandam Loricha [3]) beato Petro principi apostolorum, eo tenore ut in singulis annis aureus nummus ad supplementum vestitus apostolici destinatus ab ipso loco persolvatur, iuste et libere tradidimus; hac quoque addita conditione, ut quisquis nostre cognacionis senior exstiterit, defensor et advocatus prefati loci permaneat, si vero, quod absit, invasor vel damnosus fuerit, advocatia privetur, et vir discretus in locum suum substituatur. Hoc etiam firmissime statuimus, ut cum abbas eiusdem loci de hoc seculo migraverit, alter eiusdem cenobii monachus libera electione eligatur; si autem ex ipsis satis condignus nemo invenitur, consilio comprovintialium abbatum, illius de Hirsowa, de Camberc et de Zuivelta ydoneum eligant. Preterea decrevimus et firmiter dei ex parte interdicimus, ut nullus amplius abbas bona ipsius ecclesie, conquisita vel conquirenda, aliqua temeritate inductus vel violet vel diminuat, hac tantum causa excepta, ut si aliquis principum aut dominorum virum aut mulierem cum bonis illorum eidem abbatie iuste et libere dederit, ipsi dati, humiliter reposcentes bona cum illis data, in beneficium recipiant. Tempore vero domni Heinrici quarti imperatoris ea conditione hec facta sunt, ut nullus deinceps imperator, nullus episcopus, nullus dux vel marchio, nullus comes vel advocatus, nulla prorsus persona, magna sive parva, bona prenominate ecclesie inquietare,

molestare, divestire audeat. Quod ut verius esse credatur, et ab omnibus inviolabiliter conservetur, hanc privilegii cartam nostro sigillo insigniri iussimus. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo II., indictione X., V. nonas Mai, que est inventio sancte crucis, que illo anno occurrit in sabbato. Hec facta sunt in Christo feliciter. Amen.

Nach dem s. g. rothen Buch des Kl. Lorch, einer Pgmt.HS. des 15. Jahrhunderts in 4. S. 2, auch ist die Urkunde in ein s. g. Vidimus des Kaisers Max I. von 1500 aufgenommen. — Abdruck bei Crusius, Annal. Suev. II. Lib. IX. c. 2. S. 308. — Mager, Adv. Arm. IX. S. 433. — Besold, Doc. rediv. I. (Ausg. v. 1636. S. 713.) nr. 1 der Lorcher Doc. — Fr. Petrus, Suev. eccl. S. 536.

1) und 2) Vellberg, O.A. Hall; Gröningen, O.A. Crailsheim.
3) Lorch, O.A. Welzheim.

CCLXV.

Pabst Paschalis II. ermahnt den Abt Gebhard von Hirsau und die übrigen Aebte und Mönche in Schwaben zur Ausdauer in der Treue gegen den Bischof Gebhard von Constanz, und warnt sie vor dem Eindringling Arnold, über den der Bann der Kirche ergangen.

Im Lateran 1103. *Februar* 10.

P. episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis G. Hirsaugiensi [1]), et caeteris catholicis abbatibus et monachis per Sueviam, salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus, charissimi, quia plus solito mundus in vos saeviat, persecutiones accrescant, tumentes in vos fluctus maris acrius surgant. Sed mirabilis in excelsis dominus, qui suis ea pedibus calcat. Propter quod rogamus, ne deficiatis in tribulationibus vestris, quae est gloria vestra. Non enim, inquit apostolus, condignae sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Huius gloriae revelationem patres nostri desiderantes ibant gaudentes de conspectu consilii: sic et nos, qui eorum debemus imitatores fieri, in tristitia et angustiis positi gaudeamus. Tristitia enim nostra vertetur in gaudium. Speramus enim in domino, de sanctorum apostolorum meritis confidentes, quia ille vestris persecutionibus finem imponet, qui dicit: „Ego vici mundum“. Vos igitur, dilectissimi, ad supernae vocationis bravium intendentes, in praesenti agone viriliter contendatis, vos ipsos mutuis auxiliis foveatis, ad ardentem inter vos lucernam, fratrem videlicet nostrum G. [2]) Constantiensem episcopum omnes respicite, ipsum omnes unanimiter veneremini, et collatis dilectionis brachiis ipsum et vos in his tribulationibus adiuvetis. Porro Constantiensis ecclesiae invasorem A. [3]) a Romana ecclesia noveritis excommunicatum, et a catholicae ecclesiae unitate tamquam putridum membrum esse praecisum. Hunc quasi mortiferum venenum per omnia fugite, et modis omnibus devitate. Datum Laterani IV. idus Feb...

Nach Neugart Cod. Alem. dipl. II. S. 40. nr. 830, der das Schreiben *„ex schedis P. Heinrici Mureri p. m. Carthusiani Ittingensis“* genommen.

1) *„Gebhardus ex familia comitum Uracensium, canonicus Argentinensis Hirsaugiam secessit, ibidemque a Prioris officio fratrum suffragiis ad abbatis dignitatem vocatus a. 1091, praefuit annis XII, mensibus tribus. Trithem. in Chron. et Crus. Annal. L. VIII. P. II. c. IX. p. 276.“* Neugart a. a. O. Anm. a.

2) *„Gebhardum ep. Constant. legatum sedis Apostolicae sub Urbano II. in eodem officio confirmavit Paschalis II. Berthold. Const. ad ann. 1100.“* Neugart ebendas. Anm. b.

3) *„Est hic Arnoldus monachus S. Galli, interventu Udalrici eiusdem monasterii abb. et patriarchae Aquileiensis ab Heinrico IV. ad sedem Gebhardi destinatus, episcopus ordinatus est Romae a Clemente III. antipapa, ac vi demum 2. Februarii 1103 in illam intrusus. Fratrem habuit Heinricum de Sancto Monte, vulgo Heiligenberg, partium suarum studiosissimum. Chron. Petersh. L. III §§. 26. 27. 28. Burchard. de Cas. S. Galli c. VII.“* Ebendas. Anm. c.

CCLXVI.

Pabst Paschalis II. nimmt die Kirche in Altdorf mit allen an dieselbe gegebenen Gütern in seinen Schutz und bestimmt, welcher Rechte und Freiheiten dieselbe theilhaftig sein solle.

Im Lateran 1105. *April* 5.

¦ Paschalis episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Gualichioni, abbati venerabilis monasterii Altorfensis, eiusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum. ¦| Austri terram inhabitantibus per profetam dominus praecipit cum panibus occurrere fugienti. Idcirco vos, filii karissimi, de seculo fugientes gratanter excipimus, et predecessoris nostri Urbani secundi vestigiis insistentes, || per sancti spiritus gratiam sedis apostolicę munimine confovemus. Is siquidem vestram Alturfensen [1]) abbatiam a fundatore, duce videlicet bone memoriae Guelfone, in ius apostolice sedis accepit. Et nos igitur || presentis decreti auctoritate sancimus, ut universa que idem dux, vel alii quilibet fideles ex iure suo ad prefatam Altorfensem ecclesiam contulerunt, vel in futurum domino inspirante contulerint, et omnia ad ipsum locum hodię pertinentia, sub apostolicę sedis tutela integra semper et illibata permaneant, servorum dei illic degentium usibus omnimodis profutura. Nulli vero omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi,

ab episcopo in cuius diocesi estis accipietis, si quidem gratiam atque co[m]munionem apostolicę sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Preterea mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis condiciones, non hereditarii iuris advocaticię, non investiturę, nec cuiuslibet potestatis quę libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi, quem utiliorem providerint, instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis et fratribus fuerit, remoto eo alium preficiant. Sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremę voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si quas vero decimas pertinentes ecclesiis quas habetis vel habebitis, a laicis, annuente domino, recuperare potueritis, vestris proprie usibus mancipandas absque omni episcoporum contradictione censemus, salva episcopali reverentia. Porro advocato vestro non liceat quicquam de rebus monasterii alicui praeter abbatis et fratrum voluntatem pro beneficio tradere, aut propriis usibus vendicare, aut publica ędificia infra cellam vestram habere. Ad indicium autem percepte a Romana ecclesia libertatis bizanteum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua sane ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio exsistere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et [h]ic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Iohannis scriniarii, regionarii et notarii sacri palatii.

(Rundzeichen.) [2]) Ego Paschalis catholicę ecclesię episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Datum Laterani, per manum Iohannis sanctę Romanę ęcclesię diaconi cardinalis, nonis Aprilis, indictione XIII., [3]) incarnationis dominicę anno MCVI., pontificatus autem domni Paschalis secundi papę VI.

Die Bleibulle, die angehängt war, ist abgerissen, aber noch vorhanden, und zeigt auf einer Seite den Namen *Paschalis papa II.*, auf der andern Peter und Paul in Brustbild (nicht blos die Köpfe), mit der übrigens sonst gewöhnlichen Inschrift.

1) Kloster Weingarten bei Altdorf, O.A. Ravensburg.
2) Mit dem Wahlspruch: *Verbo Domini Caeli firmati sunt.*
3) Die Indiction zu 1106 ist 14, nicht 13. Auch fällt der 5. April des 6. Regierungsjahres, vom Tage der Thronbesteigung an gerechnet (1099 Aug. 14), ins Jahr 1105.

CCLXVII.

Konrad von Merlenheim begiebt sich als Mönch in das Kloster Hirsau, nachdem er zuvor Güter an genannten Orten dahin gestiftet.

Odenheim 1109.

Sciant omnes christiane fidei cultores, tam futuri quam presentes, quod quidam miles nomine Conradus de villa Merlenheim [1]), non obscuro genere exortus, conversionis gratia se contulit ad monasterium Hirsaugiense. Sed priusquam monachicum susciperet habitum, bona, que hereditario iure possedit, super altare sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Aurelii in proprietatem et usum deo inibi servientium legittima donatione delegavit, presente domno Brunone, abbate eiusdem monasterii, totaque fratrum congregatione, cum aliis multis. Predia autem que dedit, et loca in quibus sita sunt, hec esse noscuntur: in pago Spirensi, in comitatu Liutrammesforst, in villa Scûrheim [2]) quinque hube agri et quindecim iugera vinearum, in Gensen [3]) XVII iugera agri et quatuor iugera vinearum; in comitatu Bretheim in villa Gartaha [4]) dimidia ecclesia et una salica terra et due vinee; in Gruppenpach [5]) due hube et dimidia cum omnibus ad hec pertinentibus. Dedit etiam tres curtes et mancipia fere quinquaginta ad persolvendum duos nummos secundum ius censualium. Post hec frater predicti Conradi nomine Stephanus conquestus est, non eque factam secum a fratre divisionem paterne hereditatis. Quapropter utriusque fratris peticione facto multorum et non parve estimationis virorum conventu in villa Odenheim [6]), inter quos aderat episcopus Spirensis nomine Bruno, eorum consilio et auxilio idem Stephanus a prenominatis rebus fratris sui penitus se abdicavit, et quod frater inde fieri decrevit benigne collaudavit et confirmavit. Ut autem hoc pactum deinceps sine contradictione ratum permaneret, Bruno abbas Hirsaugiensis eidem Stephano predium apud Gensen pro caritate reddidit. Testes, qui hec audierunt et viderunt, et quorum studio hec ita peracta sunt, hic nominatim subscripti sunt: Bruno episcopus Spirensis, Eggebertus comes Spirensis, Erckenbertus de Merlenheim et Diemarus filius eius. Volmarus de Swabecheim [7]), Gotefridus de Offenbach, Guntherus de Vischlingen et frater eius Ludeuicus. Eppo et Adalbertus de Veingen, Ludewicus de Bullickeim, Rapertus de Ceisenckeim, iudices. Volmarus, comes de Humburg et filius eius Volmarus, Eberhardus de Steinßberg, Hartmannus de Vcklingen, Marcquardus de Dandstatt, Rachwinus de Waltorff, Adelbertus de Gomeltigen, Marquart de Heimfelt, Gotzolt de Ertbach, Egeno de Assenheim, Wolffram de Muncenheim, Sigefridus de Straßburg, Megenlach de Setingen, Hesso de Gumprechtßhouen, Maßlin de Rietburg. Adelbertus, Amelungus, Diethericus Franci. Bertoldus, Wecil, Anselmus, Wortwinus, Eberhardus, Hermannus, Adelbertus, Arnoldus et frater Egeno, huius legationis nuncius. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCIX., regnante Heinrico V. rege.

Aus dem Hirsauer Dotationsbuche im k. Staatsarchive Fol. 35 b am Ende u. ff. — In dem unter dem Titel Codex Hirsaugiensis in der Bibl. des literar. Vereins Stuttg. 1843 erschienenen Abdrucke desselben steht die Urkunde S. 48 u. 49.

1) Merlenheim, Kant. Landau, in Rheinbaiern.
2) und 3) Schauerheim, Kant. Mutterstadt; Geinsheim? Kant. Neustadt in Rheinbaiern, über den *comitatus Liutrammesforst* s. Acta Theod. Pal. III. S 255 ff.
4) und 5) Kleingartach, O A. Brackenheim, und Ober- Unter-Gruppenbach, O.A. Heilbronn.
6) Bad. B.A. Bruchsal.
7) Die noch vorkommenden Ortsnamen werden folgende sein: Schwabsheim, els. Bez. Schlettstadt; Offenbach, rheinbaier. Kant. Landau; Fischlingen, Gross-, Klein-, desgl. Kant. Edenkoben; Vaihingen, O.A St. (dem Namen Adalbert nach, s. Stälin II. S. 367); Billigheim, rheinbaier. Kant. Bergzabern; Zeiskam, desgl. Kant. Germersheim; Homburg, desgl. Kant.St.; Steinsberg, bad. B.A. Sinsheim, Burgruine; Ittlingen, bad. B.A. Eppingen, am Elsenzbache, s. Acta Theod. Pal. VI. S. 94.; Dannstadt, rheinbaier. Kant. Mutterstadt; Walddorf, els. Bez. Zabern; Gimmeldingen, rheinbaier. Kant. Neustadt; Hainfeld, desgl. Kant. Edenkoben; Erbach, desgl. Kant. Homburg; Assenheim, desgl. Kant. Mutterstadt; Münzenheim, els. Bez. Colmar; Strassburg, els.; *Setingen* unermittelt; Gumprechtshofen, els. Bez. Weissenburg; Rieburg, altes Schloss bei Rhodt, rheinbaier. Kant. Edenkoben.

CCLXVIII.

Lambert von Berlingen giebt zwei Güter in Gailenhofen und Dotternhausen an das Kloster Petershausen.

Ohne Jahr und Tag (zwischen 1111 *und* 1116.*)*

Notum sit omnibus, qualiter Lampertus de Birthilingin [1]), homo nobilis, duo predia quę sui iuris erant ex hereditate parentum suorum, unum apud Geilinouwa [2]), aliud apud Totirnhus [3]) dedit ad monasterium sancti Gregorii pape, quod dicitur Petrishusa, ad servitium fratrum, qui illic die ac nocte deo deserviunt, absque ulla contradictione, in manum Heinrici advocati eiusdem monasterii, coram idoneis testibus. Set cum idem Lampertus unum horum, hoc est Totirnhus, non posset redimere ab his quibus illud in beneficium concesserat, consilio accepto, abbas eiusdem monasterii Theodericus [4]) vendidit iam dictum predium, quod dicitur Totirnhusa, pro decem marchis, et occasione inventa dedit ex hoc ipso pretio octo marchas pro quadam insula in pago Nibilgouwe quę vocatur Rôtse [5]), quę ad Constantiensęm ęcclesiam pertinebat, et episcopus eiusdem ęcclesię Ôdalricus [6]), accepto iam dicto pretio, id est octo marchis, tradidit eamdem insulam, cum oratorio eius et omnibus ad ipsum pertinentibus, agris scilicet, pratis, aquis, nemoribus, quesitis et acquirendis, annitente et tradente atque accipiente advocato Heinrico de Sancto Monte [7]) ad monasterium sancti Gregorii pape, cui nomen Petrishusa, ad usum fratrum eiusdem monasterii. Et iam dictus episcopus eamdem insulam cum omnibus suis appenditiis de iure suę ęcclesię

transfudit in ius monasterii legitima traditione et eamdem traditionem confirmavit coram canonicis Constantiensis ęcclesię et aliis idoneis testibus.

Nach der Karlsruher HS. des Chron. Petershus. Fol. 71. Die Ueberschrift im Cod. lautet *Priuilegium Geilinowa et Rötse.* — Abdruck in der Ausgabe dieses Chronicons von Ussermann, Prodr. Germ. sac. I. S. 360. §. 41. — Lünig, Reichsarchiv XVIII. S. 403 §. 3. — In der neuen Ausg. des Chron. Petersh. bei Mone, Quellensamml. der bad. Landesgesch. I. S. 150. §. 42.

1) Berlingen, Kant. thurg. Amts Steckborn, auf einer Erdzunge am Untersee.
2) und 3) Gailenhofen, bad. B.A. Radolphszell, am Untersee; Dotternhausen, O.A. Rotweil.
4) Theoderich, ordiniert 1086, † 1116.
5) Röthsee, O.A. Wangen; über den Nibelgau s. Stälin I. S. 300.
6) Ulrich I., Sohn des Grafen Hartmann von Dillingen, 1111—1127.
7) Heiligenberg, Stammsitz der vormal. Grafschaft gleichen Namens, bad. B.A.Ort.

CCLXIX.

Kaiser Heinrich V. bestätigt einen Tausch, wodurch der Bischof Bruno von Speier dem Probst und Kapitel daselbst gegen das was diese in Oppenweiler besessen, den Zins aus den Judenquartieren in der Stadt Speier herausgiebt.

1114. *August* 29.

┊ Heinricus, dei gratia Romanorum imperator augustus. ┊ Qui ęcclesiarum quarumlibet utilitati et honori diligenter prospicimus ‖ speciali sollicitudine commodum et honorem sanctę Spirensis ecclesię merito requirimus. Quam enim parentes nostri singulari semper ‖ excoluerunt studio, nos quoque pre ceteris honoramus quasi quodam dilectionis privilegio. Placuit domno Brunoni, eiusdem sedis ‖ antistiti, cum Hezelone preposito ceterisque canonicis quoddam concambium facere: scilicet ut ea que fratres in Oppiwiler [1]) tenuerunt ipse a fratribus acciperet, in civitate autem tres libras et V solidos, censum videlicet de curtibus Iudeorum, liberę fratrum utilitati restitueret. Quod quia absque nostro consensu et voluntate fieri non potuit, res ad nos delata est, et diligenter examinata conplacuit. Notum igitur omnibus, tam presentis quam futuri temporis, fidelibus esse volumus, quia et nos, fratrum utilitate perspecta, huic commutationi adquiescimus. Hac tamen conditione, ut, si supradictę Iudeorum curtes predictum censum incendio vel aliqua occasione solvere non potuerint, eiusdem loci episcopus preposito et fratribus quicquid minus fuerit sine omni contradictione restituat. Si quid autem superfuerit, in eorum utilitatem pariter concedat. Et quia hoc auctoritate nostra factum omni tempore ratum et inconvulsum permanere volumus, sigilli nostri impressione hanc cartam corroborari precepimus. Huius autem rei testes affuerunt: Bruno Treuerensis archiepiscopus, Fridericus Coloniensis archiepiscopus.

Hezelo prepositus. Burchardus decanus. Ônulfus magister. Vôcnandus custos, cum ceteris canonicis. Heremannus marchio. Godefridus palatinus et alii principes conplures. Ekbertus, advocatus in vice Egenonis pueri advocati. Côno tribunus. Adeloldus. Anselmus. Gerungus. *(Siegel.)* [2])

Acta anno dominicę incarnationis MCXIIII., regnante Heinrico quarto Romanorum imperatore augusto, anno VII. venerabilis Brunonis episcopi, IIII. kalendas Septembris.

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Abdruck bei Dümge, Reg. Bad. S. 121. nr. 74.

1) Oppenweiler, O.A. Backnang.

2) Besteht in einem Bruchstück von braunem Wachs, worauf von der Gestalt des in faltigem Gewande sitzenden Bischofs noch Einiges erkennbar ist.

CCLXX.

Das von Werner von Kirchheim und seiner Mutter Richensa unterm 2. Mai 1092 errichtete Vermächtniss an das Kloster Allerheiligen wird von Otto von Kirchberg unter Hinzufügung einiger weiter ihm übergebener genannter Orte vollzogen.

Rotenacker 1116.

Igitur evolutis post predictam traditionem et delegationem XV annis, prenominatus heros Werinharivs, beatę vitę feliciorem finem sortitus, apud Scafhusense cenobium in ecclesia sanctę dei genitricis Marię gloriose sepultus requiescit, matre tamen sua ante aliquot annos coram monasterio sancti salvatoris honorifice terre commendata. Post hęc vero in generali conventu [1]) pene totius Sueuię, coram principibus, ducibus, comitibus, multisque aliis ingenuis viris maioribus ac minoribus, predictus Otto de Chirichberk, a domno Adelberto abbate Scafhusensi conventus ac fidei conmonitus, nil omnino cunctans aut tardans, omnia a Werinhario et matre sua sibi tradita et delegata ex integro fideliter in ius et dominium ac potestatem prefati monasterii contradidit atque transfudit. Hęc scilicet loca: Plidolfeshusen [2]), Butinsulze, Tegirslath, Hirmilbrunnin, Flinswangin, insuper aliis additis adhuc locis precipuis sibi delegatis, videlicet: Chilicheim [3]) munitionem cum omni iure et utilitate, nec non etiam loca Chelun [4]) et Slehtinfeld [5]) cum omni iure. Hęc igitur omnia simul prefatus Otto, scilicet omne patrimonium et hereditatem ac familiam utriusque sexus felicis Werinharii, ex suo iure et dominio in ius et dominium ac potestatem et proprietatem monasterii sancti salvatoris et omnium sanctorum contradidit, et fidem suam rite ac legaliter absolvit. Acta est autem hęc traditio anno dominice incarnationis millesimo CXVI., indictione VIIII., epactis concurrentibus VI, in loco qui dicitur Rotinakkir [6]),

asstante domna Mahtilda, sorore predicti Werinharii, et hanc traditionem volente, optante et laudante, in presentia ducum Friderici *iunioris* [7]), Welfonis *iunioris* [8]) et Bertoldi *iunioris* [9]), et aliorum multorum maiorum et minorum qui viderunt et audierunt. Hartmannus comes et filius eius Hartmannus de Chirichberk. Hartmannus comes de Gerohusen et frater eius Adelbertus *comes* [10]). Wolferadvs comes de Alshuhsin. Rŏdolfus comes de Bregantio. Lŏdewicus comes de Stofiln. Ŏdalricus comes de Gamutingin. Sigefridus de Argun. Manegoldus de Rordorf. Manegoldus filius eius. Cŏnradus et frater eius Adelbertus de Habichsburk. Manegoldus de Sunimŭtingen. Ŏdalricus et Marcwardus de Gomingen. Swiger et Erliwin de Gundeluingen. Ernest, Adelbertus et Otto de Stuzzilingen. Rŏpertus de Otolfiswanc. Arnoldus de Hiltiniswilare. Butilo de Boteliniswilare. Razo de Ritheim. Rŏpertus de Grŭminbach. Rupertus de Rieth. Burchardus de Burgberg. Marcwardus et Gerolt de Bŭuinank. Gisilfridus de Turingen. Gutold de Tŭndorf. Hŏch de Tufflu. Bertoldus et Cŏnradvs de Tannegga. Bertoldvs de Niunburk. Adelbero et Heinricvs de Ziupfun. Landoldus de Seoluingen. Diethoch de Buzmundishusen. Ego itaque Marcwardus, indignus presbyter et monachus sancti salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi *(Recognitions-Zeichen)* fideliter. Amen. Amen. Amen.

Die Quelle dieser Urkunde, welche mit der oben S. 296 und 97 abgedruckten vom 2. Mai 1092 gewissermassen Ein Ganzes bildet, ist dort angegeben.

1) Aus dieser Stelle verglichen mit der Urk. v. 1092 erhellt, dass der *conventus apud Ulmam* 1092, dessen Bernold Chron. S. 457 gedenkt und der *apud Rotenackere*, dessen Ortlieb bei Hess Mon. Guelf. S. 188. erwähnt, zwei verschiedene Versammlungen waren.

2) S. über diesen und die ff. Orte S. 297. Anm. 3—7.

3—5) Kirchheim, O.A. Ehingen; Kehlen, O.A. Tuttlingen; Schlechtenfeld, Filial von Kirchheim, O.A. Ehingen.

6) Rotenacker, O.A. Ehingen.

7—10) Diese cursiv gedruckten Worte sind über der Zeile beigeschrieben. — Die nachff. Ortsnamen, soweit sie nicht schon in der Urk. von 1092 erklärt worden, sind: Bregenz am Bodensee; Hohenstoffeln, bad. B.A. Blumenfeld; Gamertingen, sigm. O.A.St.; Langenargen, O.A. Tettnang, am Bodensee; Habsburg, Bez. Brugg, Kant. Aargau; Sulmetingen, Ober- Unter-, O.A. Biberach (s. jedoch Mone Anz. 1837, Sp. 11. Anm. 35); Gomingen, unermittelt; Gundelfingen, O.A. Münsingen; Altstensslingen, O.A. Ehingen; Oelschwang, O.A. Ravensburg, nach andern Otterswang, O.A. Waldsee, s. Memminger Beschreib. des O.A. Waldsee S. 205 ff.; Hiltensweiler, eines der beiden im O.A. Tettnang; Beitensweiler? O.A. Wangen, oder Bütschweil? Kant. S. Gall. Bez. Unterloggenburg a. d. Thur; Rietheim, O.A. Tuttlingen; Krumbach, bad. B.A. Mösskirch; Ried, O.A. Leutkirch? Burgberg, bad. B.A. Ueberlingen; Baufnang, bad. B.A. Salem; Theuringen, Ober- Unter-, O.A. Tettnang; Dangendorf? O.A. Riedlingen; Teufen, O.A. Oberndorf; Neuenburg am Rhein, bad. B.A. Müllheim; Zuben? O.A. Waldsee; Seelfingen, bad. B.A. Ueberlingen; Bussmannshausen, O.A. Laupheim.

CCLXXI.

Pabst Paschalis II. nimmt die Kirche des heiligen Pancratius in Backnang in den unmittelbaren Schutz des heil. Stuhls unter angegebenen Bestimmungen.

Rom 1116.

Pascalis episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Hermanno marchioni salutem et apostolicam benedictionem. Devotionem tuam, charissime fili, spectavimus, quia ecclesiam sancti Pangracii, que in Spirensi parochia in villa Backnang [1]) sita est, prediorum tuorum et rerum collatione auxisti, ut in ea fratres secundum beati Augustini regulam viventes perpetuis debeant conversari temporibus. Quam videlicet ecclesiam et fratres in ea domino servientes, sub apostolice sedis tutelam postulas confoveri. Nos igitur devotioni et peticioni tue clemenfer annuimus, et supra dictam ecclesiam per presentis decreti paginam apostolice sedis gremlo confovendam suscepimus, statuentes, ut quecunque predia quecunque possessiones, vel a te, vel ab aliis fidelibus viris de suo iure ad eundem locum oblate sunt, aut in futurum offerri vel aliis iustis modis acquiri contigerit, quiete semper integreque permaneant. Nec ulli hominum omnino liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; set omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Nullus eis qualibet surreptionis astucia seu violentia in prepositum preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem regulariter providerit eligendum. Nemini sane inter eos post professionem exhibitam proprium quid habere, neve sine prepositi vel congregationis licentia de claustro discedere liceat, ut vite canonice ordo quem professi sunt efficaciter deo autore servetur. Ad indicium autem collationis tue et tuitionis apostolice aureus unus quotannis ex eodem loco Lateranensi palatio persolvatur. Si quis ergo, decreti huius tenore cognito, temere, quod absit, contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur aut excommunicationis ultione plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Qui vero ecclesiam ipsam et in ea domino servientes fovere eiusque rebus honorare curaverit, omnipotentis dei et apostolorum eius gratiam consequatur. Amen.

Ego Pascalis ecclesie catholice [episcopus subscripsi.]

Datum Rome apud sanctum Paulum per manum sancte Ioannis, Romane ecclesie diaconi [2]) ac bibliothecarii, incarnationis dominice anno MCXVI., pontificatus autem domini Pascalis secundi pape anno XVIII.

Nach einem auf Papier geschriebenen Copialbuche des Stifts Backnang aus dem 16. Jahrhundert.

1) O.A.St. Backnang an der Murr.

2) Das Copialbuch hat unrichtig *diacon*um *ac bibliothecari*um.

CCLXXII.

Weisthum über die von Abt Bruno von Hirsau den Zinshörigen des Klosters in Hall und in der Umgegend verliehenen Begünstigungen.

(*um* 1120.)

Notum sit cunctis Iesu crismate perunctis, quod piae memoriae dominus abbas Hirsaugiensis Bruno, misericordia motus super homines censuales ecclesiae, habitantes in villa quae vocatur Halla et in contiguis eius locis, talem gratiam eis concesserit, ut unusquisque virorum qui omni anno debuerat solvere XX denarios, ponat V denariatas cerae super altare sancti Petri, et unaquaeque foeminarum, quae debebat dare XII denarios, ponat III denariatas, et sic liberi sint ab omni iure. Et hoc constituit, ut nulli ecclesiae, nullique hominum tradantur in concambium absque illorum rogatu. Post mortem autem singulorum, ab homine accipiantur optimum pecus vel gladius, et a muliere optimum indumentum. Quicumque haec instituta dissipaverit, cum Dathan et Abiron mergatur in profundum abyssi.

Nach Schannat, Vind. litter. S. 181. nr. 11, der die Urkunde *„ex M. S. Eccles. Equestr. Comburg."* mittheilt. Die Zeitbestimmung ist ebenfalls nach dessen Schätzung. (Bruno, aus dem Geschlechte der Grafen von Wirtemberg, s. Stälin II. S. 475, Abt in Hirsau 1105, † 1120. 23. März, vgl. Cod. Hirs. S. 8.)

CCLXXIII.

Pabst Calixt II. bestätigt dem Kloster S. Blasien sein ganzes Besitzthum, insbesondere das an einigen genannten Kirchen und Zehnten, ebenso das von Kaiser Heinrich demselben verliehene Recht der freien Wahl seiner Schutzvögte.

Im Lateran 1120. *März* 19.

⁞ Calixtus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Rustino abbati monasterii sancti Blasii, quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet || qui Nigra Silua dicitur, situm est, eiusdem successoribus regulariter substituendis in perpetuum. ⁞ Ad hoc nos disponente domino in apostolicę || sedis servitium promotos agnoscimus, ut eius filiis auxilium implorantibus efficaciter subvenire, tueri ac protegere, prout dominus dederit, || debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis extendere, et servorum dei quieti attentius providere. Proinde tuis, dilecte in Christo fili Rûsteine, postulationibus clementius annuentes, commisso tuo regimini beati Blasii monasterio, salva Constantiensis episcopi

reverentia, confirmamus cellam de silva Swarzwalt, a sancto Reginberto [1]) constructam, cum omnibus possessionibus, ęcclesiis, prediis et terris ad eam pertinentibus. Ad hęc specialiter ęcclesiam Nallingin [2]) ab Anshelmo nobili viro monasterio tuo cum suarum dimidietate decimarum nuper donatam tibi confirmamus; ęcclesiam etiam Sneisanc [3]) ab Erlewino comite cum medietate decimarum delegatam; ęcclesiam quoque Batemaringin [4]) a quodam Arnolfo cum dimidiis partibus decimarum concessam. Item ęcclesias Berowa [5]), Nunchilcha [6]), Omingin [7]), a fundatoribus earum cum suarum portionibus decimarum legitime traditas, tibi ac successoribus tuis apostolica auctoritate firmamus. In his ergo et in aliis quas habetis ęcclesiis, decernimus, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, vel quibuslibet vexationibus fatigare, salva tamen episcopali iusticia et reverentia. Confirmamus etiam dispositionem illam, quam filius noster carissimus imperator Heinricus de vestri cenobii advocatia constituit [8]), ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat potestatem, cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defendendam monasterii libertatem bonum et utilem cognoverit. Qui non pro terreno commodo, sed dei amore, ac peccatorum venia, et ęternę beatitudinis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. Si autem calumniator potius quam advocatus existens monasterii bona pervaserit et semel, secundo tertiove commonitus non emendaverit, abbas habeat facultatem alium sibi utiliorem statuere advocatum. Ad indicium autem nostrę tuitionis et concesse vestro monasterio libertatis, aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur decreti huius tenore cognito temere, quod absit, contraire temptaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen) [9]). Ego Calixtus catholicę ęcclesię episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Ego Cono Prenestinus episcopus subscripsi.

Ego Lambertus Hostiensis episcopus subscripsi.

Ego Boso presbyter cardinalis tituli sanctę Anastasię subscripsi.

Ego Iohannes presbyter cardinalis tituli sancti Crisogoni subscripsi.

Datum Laterani per manum Grisogoni sanctę Romanę aecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii, XIIII. kalendas Aprilis, indictione XII., dominice incarnationis anno MCXX., pontificatus autem domni Calixti secundi papę anno I. Amen. Amen.

Nach dem Original im General-Landes-Archive in Karlsruhe. — An roth- und gelbseidener Schnur hängt die Bleibulle, welche auf der einen Seite die abgekürzten Worte *S. Paulus und S. Petrus*, auf der andern *Calixtus papa II.* zeigt. — Abdruck mit einigen auffallenden Auslassungen bei Gerbert, Hist. N. S. III. S. 48 ff. nr. 32.

1) *S. Reginberti cella*, der ursprüngliche Name des Klosters S. Blasien.

2) Nellingen, O.A. Esslingen, später zu einer Probstei erhoben.

3—7) Schneisingen, zwischen Baden und Kaiserstuhl im Kant. Aargau; Bettmaringen, Berau, bad. B.A. Bonndorf; Neukirch, O.A. Rotweil; Emmingen, bad. B.A. Engen.

8) Mit Recht bemerkt Gerbert (not. h.) zu dieser Stelle, dass die vorhandene Verleihungsurkunde Kaiser Heinrichs drei Jahre später ausgestellt sei, folglich entweder eine frühere, jetzt verschwundene vorangegangen, oder die Verleihung schon früher geschehen, die Urkunde selbst aber erst später ausgestellt worden sein müsse.

9) Mit dem Wahlspruch: *Firmamentum est dominus timentibus eum.*

CCLXXIV.

Die Nonne Azala giebt die Hälfte von Pfrungen und ein dazu gehöriges Gut in Tafern an das Kloster Petershausen.

Constanz 1121. *April* 29.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet et futuris, quod quedam religiosa femina, nomine Azala, tradidit quoddam predium, cum manu advocati sui Bertholdi, ad monasterium sancti Gregorii pape, ad ripam Rheni situm, cui tunc preerat Bertholdus abbas, quod sine ulla contradictione visa est possidere in pago Linzgouwe, in comitatu Hartmanni comitis, hoc est dimidiam partem villę, quę dicitur Pfruwanga [1]), cum alio ad hoc pertinenti prediolo, Tauerna [2]) vocitato, et aliis omnibus ad se pertinentibus, scilicet in areis, ędificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et acquirendis, cunctisque aliis utensilibus quę adhuc dici aut nominari possunt, eidem iam dicto monasterio in honore sancti Gregorii constructo, nec non et monachis sub norma sancti Benedicti deo ibi militantibus ex integro legitime de suo iure in eorum transfudit ius. Hęc autem traditio facta est apud Constantiam, anno dominicę incarnationis MCXXI., indictione XIIII., mense Aprili, die XXVIIII. eiusdem mensis, hoc est III. kalendas Maii, feria VI., regnante Heinrico imperatore iuniore, filio Heinrici senioris, qui et ipse eodem tempore una cum regina Constantię erat, in cuius etiam presentia hęc sunt gesta coram multis testibus. Eo tempore Romanam ecclesiam Callistus, qui et Gvido, Constantiensem vero Ŏdalricus tenebant.

Nach der Karlsruher HS. des Chron. Petershus. Fol. 75, wo die Urkunde *Privilegium de Pfrwanga* überschrieben ist. — Abdruck in der Ausgabe dieses Chronicons von Ussermann in Prodromus Germ. sacrae I. S. 368. §. 9. — Lünig, Reichsarchiv XVIII. S. 403. §. 4. — In der neuen Ausg. des Chron. Petersh. bei Mone, Quellensamml. der bad. Landesgesch. I. S. 154. §. 9.

1) Pfrungen, O.A. Saulgau.

2) Tafern, bad. B.A. Heiligenberg. Ueber den Linzgau s. Stälin I. S. 298.

CCLXXV.

Arnold und seine Gemahlin Junzila geben dem Kloster Allerheiligen in Schaffhausen all ihr ererbtes Gut an genannten Orten unter ausgedrückten Bedingungen.

1122. *Januar* 6.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Arnoldus et uxor mea Iunzila tradimus sancto salvatori et omnibus sanctis eius in cenobio Scafhuse quicquid || predii ego a progenitoribus meis hereditario iure possideo, vel quicquid ego et uxor mea ad presens habere videmur apud Hilteneswilare [1]) et Esceriches||wilare [2]) et Bleichun [3]) et Langenowa inferiorem et superiorem [4]) et Raprehteswilare [5]) et Wielandeswilare [6]) et Erchenarteswilare [7]) et Steinibach [8]), eo pacto, ut servicium dei per || Scafhusenses fratres in eodem predio nostro in perpetuum fiat et stabiliatur absque . . *annuali* . . censu. Ipse autem abbas Adalbertus, in cuius presentia hec facta sunt cum consensu . . . . fratrum suorum . . *concessit* . . fratribus in eodem predio nostro deo servientibus . . . . *quicquid proprietatis habuit* . . . . . in locis quorum nomina hęc sunt: Rŏdolfesriet [9]), Steinibach [10]), ... Rŏdenwilare [11]), Tentenwilare [12]), et carradam vini de Lupins [13]) per singulos annos. Hęc predia dedit abbas et fratres eius illis fratribus . . . . quos ipsi ad serviendum deo in predio nostro destinarent *ea condicione, ut nec mihi nec uxori mee de prediis et rebus, quas in presenti videmur [14]) habere vel postmodum possumus acquirere, predicto loco nihil demere, nihil liceat quacumque occasione subtrahere.* Predium quoque in Ŏueltingen [15]), quod ego et uxor mea cum X marcis rogatu eorum redemimus, nobis addiderunt eo pacto, ut nos idem quamdiu ipsi predictam pecuniam redderent possideremus. Hęc omnia tali pacto et ea conditione acta et firmata sunt, ut . . *nec* . . abbas . . . . . *nec* fratres sui, *nec ego vel aliquis meorum* de his omnibus minuere aut infringere postmodum aliquid . . . *audeant, quin servitium dei in predio nostro a fratribus Scaffusensibus die noctuque expleatur* . . . . Nomina ergo testium [16]) sub quorum presentia hec gesta sunt subnotari fecimus. Adalbertus et Reinardus frater eius. Rapoto et frater eius Sigifridus de Lampolteswilare. Eberardus de Nicenwilare. Bertoldus et frater eius Winezo de Bacheline. Heremannus et frater eius Rŏdolfus de Langensé. Gebezo. Rŏthardus. Sefrit. Wernerus. Burchardus de Raprehteswilare. Heribortus et frater eius Adalbero de Berenriet. Rŏthart de Niwenchilichun. Werner et iterum Werner de Flŏnowa. Marquardus et filii eius Mar[quar]tus [17]) et Swigerus de Steinibach. Adalbertus et Werner. Rŏdolfus. Heinricus de Rŏdenwilare. Liutericus et filii eius Liutericus et Bernardus. Chŏno de Mŏtolfesse. Bernardus. Burchardus. Arnoldus de Tentenwilare. Werner et frater eius Egelolfus de Hŭbilberc. Ŏdalricus et fratres eius Wernerus. Hezelo. Bernardus de Tegerense. dux Heinricus et filius eius Heinricus de Ravenespurc,

quibus locus ille in advocatiam commissus est. Gesta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCXXII., indictione XV., epactis XI, luna XXVI.; feria VI. nativitatis, epiphanie, regnante Heinrico imperatore Romanorum, sub duce Friderico, comite Hartmanno.

Nach dem Original der Stadtbibliothek zu Schaffhausen. Dieses zeichnet sich dadurch aus, dass viele Stellen darin ausradiert sind, welche entweder offen blieben, oder durch andre, auf die radierte Stelle, oder unmittelbar darüber geschriebene Worte ersetzt wurden. Auch sind Beisätze zwischen die Zeilen geschrieben. Ferner ist der Schluss der Urkunde von den Worten *Bernardus. Burchardus* an auf den Rücken des Pergamentblatts, worauf dieselbe steht, geschrieben. Die Aenderungen und Zusätze sind von ähnlicher Schrift wie die Urkunde selbst, deren Hand ohne Zweifel der Zeit der Ausstellung angehört. — Im obigen Abdrucke sind dieselben durch Cursivschrift angezeigt. — Eine gleichlautende Abschrift befindet sich in dem Urkundenbuche des vormal. Kl. Langenau, bei Tettnang, in der Bibliothek des wirtemb. Vereins für Vaterlandskunde nr. 18. in Fol.

1—8) Hiltensweiler, Pfarrweiler O.A. Tettnang; Esseratsweiler, sigm. O.A. Achberg; Bleichnau, Ober- und Unter-Langenau, Rappertsweiler, Wielandsweiler, Echetweiler, Steinenbach, alle O.A. Tettnang.

9—12) Russenried, Ober- Unter-, Steinenbach (s. Anm. 8), Rudenweiler, Dentenweiler, desgl. O.A. Tettnang.

13) Das erwähnte Urkundenbuch hat *Lupinis. Lupinum* Mayenfeld, im Kant. Graubünden.

14) Anfangs stand *videbamur*, dann wurde die Sylbe *ba* wieder ausradiert.

15) Uhldingen, Ober- Unter-, am Bodensee, bad. B.A. Salem, und Heiligenberg, bad. B.A.O.

16) Die ausser den schon genannten noch vorkommenden Ortsnamen sind: Lampertsweiler, O.A. Saulgau; Nitzenweiler, Bechlingen, Langensee, Ober- Unter-, Bernried, Neukirch, Flunau, Muttelsee, O.A. Tettnang; Hipfelsberg? O.A. Saulgau; Degersee, O.A. Tettnang; Ravensburg, O.A.St.

17) Statt der Mittelsylbe in der Urk. ein Loch.

CCLXXVI.

Bischof Bruno von Speier gestattet, dass die von Markgraf Hermann und seiner Gemahlin Judintha mit Gütern und Zehnten bereicherte S. Pancratius Pfarrkirche in Backnang in ein Augustiner-Canonicat, und die von denselben errichtete S. Michaelskirche zur Pfarrkirche umgewandelt werde.

Speier 1122. *Februar* 17.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit tam futuri quam presentis temporis Christi fidelibus, quod ego Bruno Spirensis qualiscunque episcopus, iustis petitionibus votisque piis et divina inspiratione conceptis desideriis Heremanni marchionis annuens, concessi, ut in ecclesia prius parrochiana in villa Baggenanc, in honore sancti Pancratii martiris constructa, quam ipse et uxor eius Iudintha ipsiusque parentes prediis et decimis ditaverant, pauperes Christi canonicos, secundum regulam beati Augustini communem vitam ducentes, collocaret. Et ne supradicti canonici frequentia populi ad prȩfatam ecclesiam

pertinentis, nec non presbiteri eiusdem populi procuratores [1]) impedirentur, ante cimiterium in proprio fundo in honore sancti Michaelis ecclesiam construxit, et a venerabili Vdalrico Constantiensi episcopo nostra licentia consecratam nostra auctoritate parrochi[a]nam fleri expostulavit. Huius itaque petitioni acquiescentes, decernimus ut presbyteri, deinceps per manum prepositi legittime substituendi, ibidem plebi absque retractatione debita iura baptizandi, sepeliendi, missarum quoque sollemnia persolvant. Dotem eiusdem ecclesię esse decernimus quartam partem decimarum totius parrochię, exceptis his que ipsi canonici per se colunt, tam agris quam hortis atque pratis quę ad hospitale pertinere noscuntur. Insuper etiam quicquid antecessores parrochiani presbyteri iure singulari, preter alios prioris videlicet ecclesię clericos, in agris, in pratis, in hortis et domibus inveniuntur habuisse, successores eorum permittantur habere. Tali dote contenti presbyteri parrochiani se sustentent, et ecclesiam propriam adornent. Pars autem decimarum ad episcopos pertinens in potestate canonicorum ea conditione sit, ut inde solitum episcopis eorumque legatis servitium persolvendum meminerint, sive ipsi eam habuissent, sive presbyteris eam [2]) parrochianis eodem pacto dimittere maluerint. Cetera autem pręfatę ecclesię sancti Pancratii libera manere presentis privilegii auctoritate confirmamus. Et ut eiusdem rei memoria firma apud presentes et posteros, et ipsum pactum inconvulsum permaneat, manu propria subscribendo corroboravi ac sigilli mei inpressione, ut videri potest, insigniri perfeci. Quicunque hoc nostrum decretum infringere temptaverit, anathema sit. Anno dominicę incarnationis MCXXII., indictione XV., XIII. kalendas [3]) Marcii. Data est Spirae in dei nomine fęliciter. Amen.

Nach einer Abschrift des 16. Jahrhunderts auf Papier. Dieselbe Urkunde steht auch beinahe buchstäblich gleichlautend in dem Copialbuche des Stifts Backnang. Gerade dieser Eintrag ist jedoch jünger als die meisten andern, und namentlich jünger als die erwähnte Abschrift. — Auszug bei Besold, Thesaur. pract. I. unter dem Wort Baden S. 73, und bei Schöpflin, Hist. Zar. Bad. V. S. 62. nr. 27.

1) Beide genannte Quellen lesen unrichtig *procuratoris*.
2) So das Copialbuch, die zu Grunde gelegte Abschrift hat unrichtig *cum*.
3) Das Copialbuch: *XII. kalendas*.

CCLXXVII.

Kaiser Heinrich V. bestätigt die Besitzungen und Freiheiten des von Erzbischof Bruno von Trier mit Einwilligung seines Bruders Poppo auf seinem erblichen Gute gestifteten Klosters Odenheim.

Neuhausen 1122. *März* 5.

(Chr.) ¦ In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, gratia dei imperator augustus. ¦ Omnium sanctae ecclesiae fidelium, praesentium scilicet ac fu||turorum, cognoscat industria, quod in regno nostro quoddam monasterium situm est, in episcopatu Spirensi, in pago Creihgowe, in comitatu Bredeheim, iuxta villam Oten||heim [1]), quod dicitur Wigoldesberc. Hoc itaque a venerando Trevirensi archiepiscopo Brunone in hereditario ipsius praedio, consensu fratris sui Popponis, constructum beato Petro || et sanctae Romanae ecclesiae sub censu aurei unius annuo traditum est. Et ne unquam a posteris eius dei servicium illic destrui possit, decrevit eandem cellam cum omnibus suis pertinentiis, nunc collatis et dehinc conferendis, ab hac die et deinceps omnino non subdi nec subesse iugo alicuius terrenae personae vel potestatis, nisi solius abbatis dominationi, ordinationi et potestati; et sic tocius libertatis iure et privilegio eam adampliavit, et ob regni celestis hereditatem in Christo stabiliter sublimavit. Ad haec etiam, ut fratres cenobii ipsius, nunc inibi congregati et adhuc in Christo congregandi, tutius ac liberius deo in sanctae professionis securitate servire possint, huiusmodi eos libertatis munere donavit, ut quandocunque patre suo orbati fuerint, ipsi habeant liberam potestatem secundum regulam sancti Benedicti inter se, vel undecunque, si opus fuerit, abbatem sibi eligendi. Electus autem et canonice ordinatus, sine alicuius personae dominatione et impedimento susceptum ministerium iuxta posse et scire suum impleat, solique deo secundum ordinem suum liber serviat, liberamque omnino rerum sibi commissarum in Christo disponendarum intus et foris potestatem habeat. Qui si forte preter necessitatem monasterii et communem fratrum utilitatem sacrilegus, quod absit, licentiose et seculariter abuti praesumpserit instituta libertate, familia, bonis rebusque sanctuariis, et ob id fratrum premonitiones comtemnens, ad suam suorumve privatam cupiditatem et libitum temere ea dissipaverit, vel si beneficia quibuslibet personis, nisi necessariis monasterii ipsius servitoribus, praestiterit, aut si regibus, episcopis, seu quibuscunque personis consentaneus annuerit, si illi forte libertatem monasterii pervertere, sibique locum sanctum subicere attemtaverint, sive aliquid servicii statutum inde sibi fieri exegerint, mox posteri presulis predicti cum suffragio fratrum, advocati, cleri, tocius familie et omnium bonorum rite a fratribus hunc accusatum, iusteque ab eis convictum, dignitate sua abici perficiant, aliumque iuxta predictam libertatem et sancti Benedicti regulam fratres sibi eligant, et absque omni contradictione pro illo substituant. Concedit etiam idem

pontifex praefate cellae, advocatum aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius abbas cum consilio fratrum talem inter eos invenerit, qui non pro terreno commodo, sed pro eterna mercede sollicitus et studiosus bona et constitutam monasterii libertatem et iusticiam defendere voluerit. Sin autem, aptum et utilem undecunque sibi placuerit eligat. Hic denique abbate petente a rege accipiat bannum legitimum, et ter in anno, si necesse fuerit, in villam adiacentem, aut ubicunque vel quando abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, et ibi placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud servicii ius aut beneficii sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum et consuetudinariam iustitiam et legem quam ceteri advocati in aliis liberis monasteriis habent super fures, proterviam et censuales, et cetera talia, et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento, et unum friskingum, et unam amam de vino et cetera ad haec pertinentia. Preterea constituit quod nisi abbate volente et advocante, bona et loca monasterii suis frequentiis temerariis et sine causa non adeat vel attingat, nec presumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec subadvocatum pro se faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, pervasionem aut iniuriam monasterio, abbati vel familiae faciat. Si autem non ut advocatus, sed pocius calumniator et pervasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc reprobare et alium sibi utiliorem undecunque eligere. Decernit etiam et hoc presul prefatus, et nos ipsius peticione firmiter statuimus, quod si quispiam posterorum suorum vel quarumcunque homo personarum I vineam, I mansum, I molendinum, vel saltem I mancipium, sive tale aliquid a supradicta cella temerarius iniuste abstulerit, ut, nostri nostrorumque successorum regia potestate coactus, III auri talenta ad erarium regis persolvat, primitus reddito ecclesiae quod invaserat. Si vero quislibet illorum, quod absit, curtim vel aliquam villam inde violentus abaligenaverit, sive manifestus invasor bonorum ipsius cellae extiterit, vel si hoc testamentum traditionis et libertatis quocunque ingenio seu argumento legum secularium pervertere vel infringere attemptaverit, C auri libras ad regiam item persolvat cameram, et reddat primitus ecclesiae quod ablatum fuerat. Ministris quoque et familiae sanctuarię eandem concedit legem et servitutem quam ceterae in regno nostro liberae abbatie habent, ut tanto fideliores prelatis suis per omnia serviant. Super haec omnia presul sepedictus apostolicum privilegium acquisivit, et constituit, ut I aureus, quem byzantium dicimus, singulis annis Romae ad altare sancti Petri ab abbate praedicti monasterii in pascha persolvatur, eo pacto, ut libertatis istius et traditionis statuta tanto perennius inconvulsa amodo permaneant, et ut predictum cenobium sub Romanae ecclesiae mundiburdio et maiestate securum semper stabiliatur et defendatur, si forte quispiam regum vel posterorum eius, seu quarumcunque homo personarum, quod absit, testamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere presumpserit. Si autem id, quod absit, a quolibet illorum, diabolo instigante, fiet, obsecrat pontifex idem et omnino obtestatur

apostolicum pontificem per Christum et per sanctum Petrum apostolum et per omnes sanctos dei et per tremendum iudicii diem, ut illum dei et sanctorum eius contemptorem et testamentoriae huius conscriptionis destructorem, nisi resipuerit, tradat omnino satanae, et anathematizet eum ac profanet a consortibus et filiis ecclesiae sanctae dei et heredibus vitae aeternae, ut et auferat deus memoriam illius de terra viventium, et deleat nomen eius de libro vitae. Tradidit autem idem archiepiscopus per manum fratris sui ad predictum monasterium predia quecunque habuit in villa Otenheim [1]), Tiephenbach [2]), Husen [3]), Rehtenbach [4]), Siboldeswilare [5]), Westeim [6]), Bobbenwilare [7]), Gardaha [8]), cum mancipiis ad eadem loca pertinentibus, cum ecclesiis, fabricis, vineis, agris, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, exitibus et reditibus, cultum et incultum, cum marchis et terminis legitimis, statuta quoque et iura censoria, cum omnigena integritate legitimorum suorum et utilitate et serviciis quae ullomodo inde provenire vel excogitari poterunt. Frater vero ipsius de propriis possessionibus dedit dimidiam partem Otenheimensis ecclesiae et in Wilare [9]) dimidiam cum omnibus appendiciis earum. Ut autem predictae traditionis et libertatis status et omnia predicta statuta ea ratione, qua deo et sanctis eius destinata sunt, ab hac die omni evo in Christo rata et inconvulsa permaneant, hanc cartam testamentoriam predicti presulis rogatu conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. *(Monogramm.)*

Philippus cancellarius recognovi vice Adelberti Mogontini *(Siegel.)* [10]) archicancellarii.

Data apud Nuihusen [11]), anno dominice incarnationis MCXXII., indictione XIII., III. nonas Martii.

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Abdruck bei Dümge Reg. Bad. S. 125 ff. nr. 76. — Auszug bei Hontheim, Hist. trevir. dipl. I. S. 483. Anm. a.

1) Odenheim, späteres Ritterstift, bad. B.A. Bruchsal; über den Kraichgau s. Stälin I. S. 320. Der *comitatus Bredeheim* nach dem Orte Bretten, bad. B.A.St. so genannt, s. Acta Theod. Pal. IV. S. 107.

2) und 3) Tiefenbach, bad. B.A. Eppingen; Hausen bei Massenbach, O.A. Brackenheim.

4) und 5) unermittelt.

6—8) Kaltenwestheim, O.A. Besigheim; Poppenweiler, O.A. Ludwigsburg; Gross-Gartach, O.A. Heilbronn, bis gegen die Mitte des vorigen Jahrhunderts im Besitze des Stifts Odenheim.

9) Weiler, O.A. Brackenheim.

10) Zur Hälfte noch vorhanden.

11) Nach Dümge Neuhausen bei Worms, wo eine kaiserliche Pfalz war. (S. auch oben nr. 147, Anm 2, S. 174.)

CCLXXVIII.

Pabst Calixt II. nimmt das Kloster Zwiefalten gleich seinem Vorgänger Paschal II. in seinen Schutz, bestätigt dessen Güterbesitz, und gewährt ihm verschiedene genannte Begünstigungen.

Im Lateran 1122. *März* 24.

┆ Calixtus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Vdalrico abbati monasterii sanctę Marię, quod in loco qui Zuiuulda ┆┆ dicitur situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. ┆ Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, || ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Apostolicę si quidem sedis devotissimi filii, Liuthols et Cono comites, de facultatibus propriis monasterium in loco || que Zuiuulda dicitur aspirante domino construxerunt, quod, in beatę dei genitricis et semper virginis Marię honore ac nomine consecratum, beato Petro apostolorum principi, et sanctę eius Romanę et apostolicę ecclesię obtulerunt. Quam nimirum oblationem nos auctoritate sedis apostolicę confirmantes, ad exemplar domini predecessoris nostri, sanctę memorię Paschalis pape, predictum locum sub beati Petri tuitione confovendum suscipimus, et contra viventium omnium infestationes presentis decreti stabilitate munimus. Statuimus enim, ut quicquid predicti comites divinę aspirationis instinctu eidem cenobio contulerunt, et quęcumque a quibuslibet fidelibus de suo iure, aut hactenus collata sunt, aut in futurum annuente domino conferri contigerit, tibi, karissime in Christo fili Vdalrice, qui nunc eidem loco in abbatem preesse divina dispositione cognosceris, tuisque successoribus firma semper et illibata permaneant. Nulli ergo hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres co[m]muni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem previderint eligendum. Hoc ipsum etiam de advocati constitutione precipimus, qui tamen advocatus, si inutilis monasterio repertus fuerit, amoto eo alius substituatur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum ab episcopo in cuius diocesi estis accipietis, nisi forte symoniacum esse constiterit, aut apostolicę sedis communionem et gratiam non habere. Quod si constiterit, liceat vobis a quocumque malueritis catholico episcopo, et clericorum ordinationem et cetera sacramenta suscipere. Si quis secularium in eodem cenobio locum sibi sepulture desideraverit preparari, liceat vobis pie desiderata concedere. Ad indicium autem perceptę huius a Romana ecclesia libertatis aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur in futurum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut

rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, potens aut impotens, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum [1]) iudicem premia ęternę pacis inveniant. ⁞ Amen. Amen. Amen. ⁞

(Monogramm.) Ego Calixtus catolicę episcopus ęcclesię landans subscripsi[2]).

Datum Laterani, per manum Grisogoni, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VIIII. kalendas Aprilis, indictione XV., incarnationis dominicę anno MCXXII., pontificatus autem domni Calixti secundi papę anno IIII.

Die bleierne Bulle, welche an gelblich oder röthlich seidener Schnur anhieng, ist abgerissen, aber noch vorhanden. Sie zeigt auf der einen Seite die bekannten Köpfe der Apostel Petrus und Paulus nebst Aufschrift, auf der andern die Worte CALIXTVS PP. II. — Abdruck bei Crusius Annal. Suev. II. Lib. IX. c. 8. S. 330. — Lünig Reichsarchiv XVIII. S. 864. nr. 1.

1) Original: distructum.
2) Von der eigenen Hand des Pabstes geschriebene Zeile, statt *subscripsi* stehen tironische Noten. Auch das Monogramm ist von gleicher Dinte wie die Unterschrift.

CCLXXIX.

Kaiser Heinrich V. nimmt das Kloster Alpirsbach in seinen Schutz und bestimmt, dass nur der vom Kloster gewählte Vogt mit dem kaiserlichen Banne belehnt werden soll.

Strassburg 1123. *Januar* 23.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hainricus, divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Cuncta conspicientes, equale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere, tocius regni curas precipueque omnium ecclesiarum co[m]moda considerare, et omnia eis adversantia sub omni festinatione abolere. Bonorum igitur ac religiosorum virorum, Rŏtmanni scilicet de Husin, Adelberti de Zolro et Alewici comitis de Sulzo devotionem perpendentes, et piis eorum desideriis benigne assencientes, beati Benedicti monasterium quod in suo predio fundaverunt, in loco scilicet hereditatis proprie qui vocatur Alpirspach, regia auctoritate nostra munimus, nostro imperiali banno statuentes, ut locus ipse cum omnibus adiacentibus vel appendiciis, sive ad eundem locum pertinentibus villis, terminis, silvis, prediis, mancipiis,

et quecumque in futurum Christi fideles ad idem cenobium de suo iure obtulerint, firma semper et illibata permaneant. Decernimus etiam, ut nulli mortalium idem cenobium temere perturbare, aut eius possessiones iniuste aufferre, vel aliquomodo inminuere presuma[n]t. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi quem utiliorem providerint constituant. Qui si postmodum gravis et inutilis fratribus fuerit, remoto eo alium sibi preficiant. Nec alius advocacie bannum a rege sive imperatore suscipiat, nisi qui abbate eligente et fratribus petentibus ad tantum officium dignus et ydoneus videatur. Ut autem hoc preceptum nostrum stabile et inconvulsum permaneat, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Si quis, quod absit, huius precepti nostri violator extiterit, auri purissimi centum libras conponat et scriniis imperatoris persolvat. Presentibus et petentibus principibus fidelibus nostris hoc fecimus, quorum ista sunt nomina. Bertoldus episcopus ecclesie Basiliensis. Conradus dux de Zeringen [1]. Gotefridus comes palatinus de Calewo [2]. Adelbertus comes de Lewinstein [3]) fratruelis eiusdem Gottefridi palatini. Hugo comes de Tagesburc [4]. Folmarus comes de Huneburc. Wilhelmus comes de Lůcelenburc. Adelbero comes de Areburc et frater eius Hermannus et ipse comes Conradus de Horeburc. Hainricus de Antirspach. Rudolfus de Windesle. Bern de Houewilr. Chono de Chunringen. Conradus de Ahenstein. Rôm de Ascha. Fridericus comes de Saraburc. Eberhardus de Hilrispach. Mereboto de Grifinstein. Berchtoldus de Tannecko. Conradus de Franconeburc. Wecil et frater eius Ludewicus de Ascha. Sigefridus burcrauius. Gelfradus thelonearius. Signum Hainrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi. Philippus cancellarius recognovi vice Adelberti Mogontini archicancellarii. Data Argentine anno dominice incarnationis MCXXIII., indictione I., X. kalendas Februarii, feria III., luna XXIII.

Nach dem Kloster Alpirsb. Copialbuch auf Papier aus dem 15. Jahrhundert Fol. 4. — Abdruck bei Crusius II. lib. IX. c. 9. S. 331. — Mager, Adv. arm. V. S. 160. — Besold Doc. rediv. I. (Ausg. v. 1636, S. 248) nr. 3. der Alpirsb. Doc. — Fr. Petrus Suev. eccl. S. 55. — Scheid, Orig. Guelf. II. S. 648. nr. 161. — Neugart II. S. 53. nr. 843, welcher eine *„membrana, aut authentica, aut authenticae simillima, atque characteres cancellariae Heinrici V. referens“* als Quelle benützt, die übrigens keine erheblich verschiedenen Lesarten darbietet. — Reyscher, Samml. alt-wirtemb. Stat. R. I. S. 29. — Stillfried, Monum. Zoller. I. S. 14. nr. 4.

1—3) S. Stälin II. S. 281 und 367.

4) Dieser und die weiter vorkommenden Ortsnamen sind: Dagsburg, zerstörte Burg, südöstl. von Zabern, im untern Elsass; Huneburg desgl. bei Neuweiler, Bez. Zabern; Lützelburg desgl. Bez. Schlettstadt; Aarburg am Einfluss der Wigger in die Aar im Kant. Aargau; Horburg, els. Bez. Colmar; Entersbach, nordöstl. v. d. Kinzig, bad. B.A. Gengenbach; Windschläg (das Copialbuch liest unrichtig *Windesle*), Hofweier, bad. B.A. Offenburg; Köndringen, bad. B.A. Emmendingen; Ahenstein, nach Neugart, der *Azenstein* liest, Hatstein in der Oberpfalz; Ascha desgl.; Saarburg, jenseits am Fusse der Vogesen; Hilsbach, bad. B.A. Offenburg; Greifenstein, ehemal. Burg bei Zabern im unt. Elsass; Tanneck, bad. B.A. Bonndorf, oder Kant. thurg. Amts Tobel unweit Alttoggenburg, s. Urk. v. 1099, S. 317, Anm. 15; Frankenburg, zerstörtes Schloss im untern Elsass; Ascha, nach Neugart Ober-Eschach bei Villingen.

CCLXXX.

Kaiser Heinrich V. nimmt das Kloster S. Blasien innerhalb bezeichneter Gränzen unter seinen besonderen Schutz und will, dass dessen Vogt, den es selbst zu bestellen Macht haben soll, den Bann unmittelbar von dem Kaiser empfange.

Speier 1123. *December* 28.

(Chr.) ¦ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Heinricus, divina favente clementia imperator augustus. Ad perpetuam nobis in Christo felicitatem proficere ¦| speramus, si ęcclesias ab antecessoribus nostris deo constructas defendere, perpetua pace stabilire non neglegimus. Unde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum esse volumus qualiter nos || cellam, in silva Swarzwalt a sancto Reginberto constructam, ab Ottone autem imperatore, et item a beatę memorię patre nostro Heinrico imperatore deo et sancto Blasio cum locis circumiacentibus et termina||tione eorum improprium traditam, concessam, confirmatam, deo et predicto sancto, pro remedio animę nostrę, instinctu quoque ac petitione fidelium nostrorum videlicet Lamberti Hostiensis episcopi atque cardinalis, Brunonis Spirensis episcopi, Hartwici Radisbonensis episcopi, Stephani Metensis episcopi, Heinrici Werdonensis episcopi, Ůdalrici Eichstetensis episcopi, Godefridi palatini comitis, Symonis ducis, Cůnradi ducis, Hermanni marchionis, Berengeri de Sulzbach comitis, Cůnradi de Wirdeneberch [1]), Friderici comitis, Hartmanni comitis, Ottonis comitis, tradidimus, concessimus et confirmavimus, ab omnium iure separavimus. Ea videlicet ratione, ut in eadem terminatione [2]), hoc est a fonte Chienbach usque ad villam Heibenswanda, et inde usque ad locum Werenbrehtestůilla, et ita per declivum montis usque quo Swendenbach influit Albam, indeque usque ad ortum Steinaha, indeque usque ad montem Veltberch ad ortum Albę, et inde usque ad locum ubi Swarzaha exit de lacu Slůchse, et iuxta decursum predicti fluvii usque ad locum ubi Chienbach influit Swarzaha, et ita usque ad fontem Chienbach nullus dux aut comes, vel aliqua alia persona maior vel minor aliquid iuris habeat, aliquam potestatem exerceat, vel ullam inquietudinem monachis in eadem cella manentibus inferre presumat. Quod si presumpserit, reus maiestatis erit. Preterea regia auctoritate statuimus, ut in electione advocati abbas habeat liberam potestatem, cum consilio fratrum suorum, talem eligere quem ad defendendam monasterii libertatem et iustitiam bonum et utilem atque idoneum cognoscat, qui non pro terreno commodo, sed pro remissione peccatorum suorum et pro ęterna mercede ipsam advocatiam habere et bene tractare velit. Si autem, quod absit, non ut advocatus, set potius calumniator et pervasor monasterii fuerit, et admonitus semel, iterum ac tertio [non] emendaverit, omnino potestatem habeat abbas, cum consilio fratrum et nostro nostrorumque successorum patrocinio, hunc reprobare, et alium sibi utiliorem undecumque eligere. Et ut hęc nostra

regalis confirmatio atque constitutio stabilis et inconvulsa omni tempore permaneat, hanc cartam conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Volumus etiam, ut advocatus petitione abbatis legitimum bannum a nobis vel successoribus nostris accipiat.

Signum Heinrici quarti Romanorum imperatoris *(Monogramm)* invictissimi. *(Siegel.)* [3])
Philippus cancellarius [4]) recognovi vice archicancellarii Adelberti Moguntini archiepiscopi.
Data Spirę anno dominicę incarnationis MCXXIII., indictione I., V. kalendas Ianuarii.

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Abdruck bei Herrgott, Geneal. dipl. II. S. 136. nr. 197, der unrichtig *indictione IV., kal. Jan.* liest.

1) Die zweite älteste urkundliche Erwähnung des Namens. Vgl. S. 298 Anm. 11.
2) Die Begränzung ist folgende: von Kinbach bis Heppenschwand (bad. B.A. S. Blasien), von da bis zum Wermannsbühl, den Berg hinab bis zum Einflusse des Schwandenbachs in die Alb, von da zum Ursprung der Steinach, von hier bis zur Quelle der Alb am Feldberg, dann von da bis zum Ausfluss der Schwarzach aus dem Schluchsee und dem Laufe dieses Baches nach bis zum Einfluss des Kinbachs in die Schwarzach. (S. Univ.Lexik. v. Gr.Hzgt. Baden Sp. 957.)
3) War aufgedrückt, wie aus den Spuren, die das Wachs im Pergament hinterlassen und den Einschnitten zur Befestigung des Siegels darin noch erkennbar ist.
4) Im Original *cancenlarius.*

CCLXXXI.

Urkundliche Vormerkung über die Wiedererbauung und Einweihung des im Jahr 1100 eingeäscherten Klosters Ellwangen.

1124. *October* 3.

Anno dominice incarnationis septingentesimo sexagesimo quarto, regnantibus Karlomanno et Pipino fratribus constructum est monasterium hoc Elwangense in honore sanctorum martirum Sulpicii et Seruiliani a beato Hariolfo et Erlolfo fratre eius, Lingonice urbis episcopis, huius loci fundatoribus. Post multa vero annorum curricula, districto iudice permittente, concremata est hec aula anno M. centesimo sub Adelgero abbate, regnantę tercio Heinrico imperatore. Renovata est autem anno MCXXIIII., indictione secunda; eodem die quo primo consecrata est sub beatis Hariolfo et Erlolfo episcopis et fundatoribus, id est quinto nonas Octobris, sub Helmerico abbate, regnante quarto Heinrico imperatore, consecratum est hoc templum et septem circumposita altaria a venerando Udalrico, Constanciensis ecclesie episcopo, et in choro a Herimanno, Auguste ecclesie episcopo.

In principali ambitu condita sunt corpora sanctorum martirum Sulpicii et Seruiliani, Eufrosine et Theodore, sponsarum eorum de Roma; sanctorum geminorum Speosippi,

Eleosippi, Meleosippi; Leonis, Thuronis, Leonille, Iunille, Domicille, Bonifacii martirum; Romani civis, Benigni martiris de Lingonica civitate; beato Hariolfo eiusdem ecclesie episcopo, huius loci fundatore et procuratore, huc deferente.

Nach dem s. g. *Registrum Copiarum* des vormal. Kl. Ellwangen, einem Copialbuch des 15. Jahrhunderts auf Papier, Fol. 33 b.

CCLXXXII.

Pabst Honorius II. nimmt die Kirche des heiligen Pancratius in Backnang sammt ihren Besitzungen in seinen Schutz unter angehängten weitern Bestimmungen.

(zwischen 1125 *und* 1130.*)*

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Bertoldo preposito ecclesie sancti Pangracii que in villa Backnang sita est eiusque fratribus, tam futuris quam presentibus, in eodem loco canonicam vitam professis inperpetuum. Apostolice moderaminis clementie convenit relligiosos viros diligere et eorum loca paterna pietate defensare, eapropter, dilecti in domino filii, vestris rationabilibus postulationibus annuentes ecclesiam sancti Pangracii, in qua divino mancipati estis servitio, in beati Petri tutelam nostramque protectionem suscipimus et presentis scripti pagina communimus. Possessiones ergo et bona que eadem ecclesia liberalitate illustris memorie Hermanni marchionis, sive aliis modis iuste et canonice in presentiarum possidet, aut in futurum largiente deo rationabiliter ac legittime poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata serventur, salva diocesanorum episcoporum iustitia et reverentia. Porro ordinationes clericorum, consecrationes altarium a Spirensi accipietis episcopo, si gratiam apostolice sedis habuerit, et si eas gratis et absque exactione aliqua voluerit exhibere, alioquin a quocumque malueritis catholico suscipietis episcopo. Preterea ne quisquam eiusdem loci advocatiam preter communem prepositi et congregationis consensum usurpare presumat, modis omnibus prohibemus. Ad hec adiicentes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat predictam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; set omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius tuitionis ab apostolica sede recepte aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata

iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Iesu Christi redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. [1])

Nach dem Copialbuche des Stifts Backnang aus dem 16. Jahrhundert.

1) Die Schlussformel mit der Zeitangabe ist vom Abschreiber weggelassen. In welches Jahr der Regierung Honorius II. (21. Decbr. 1124 — † 14. Febr. 1130) die Ausstellung der Bulle zu setzen sei, lässt sich nicht bestimmen. Die Schenkungen des *marchio Hermannus* an die Kirche zu Backnang, die von Honorius bestätigt werden, sind ohne Zweifel die in den Urkunden von 1116 und 1122 berichteten, und fallen vor dessen Regierungsantritt. Hermanns (II.) Tod soll einer vorhandenen Nachricht zufolge (s. Stälin II. S. 304) den 7. October 1130 eingetreten sein, also erst nach der Regierung Honorius II. Eine andre Nachricht (HS. des k. Staatsarchivs aus dem 16. Jahrhundert) lässt nun zwar den *marchio Hermannus* schon den 7. October 1121 mit Tod abgehen, allein diese Nachricht, welche sich überdiess schwer mit der Backnanger Urkunde von 1122 vereinigen lässt, ist auf die vorliegende Frage ebenfalls ohne Einfluss. Dabei mag im Vorübergehen bemerkt werden, dass der Beisatz *illustris memoriae* in seiner wohl noch nicht entschiedenen Bedeutung für keine der beiden Angaben einen Ausschlag geben kann. Nach der mehrerwähnten Nachricht soll der erste Probst von Backnang Berthold geheissen haben und am 19. Febr. 1124, also 10 Monate vor der Thronbesteigung Honorius II., gestorben sein. Auch diese Angabe ist bei dem Mangel weitrer genügender Notizen, namentlich über die Backnanger Pröbste, worauf es hier ankäme, ohne Belang. Dass die Bulle nicht etwa von Honorius III. (18. Jul. 1216 — † 8. Novbr. 1226) herrühre, welcher Vermuthung der bis dahin und noch später bei den Markgrafen von Baden gewöhnliche Name Hermann ebensowenig im Wege stünde als vorerst, unter den angeführten Umständen, der Name des Probstes Berthold, geht aus den Urkunden der Zwischenzeit hervor. Diese enthalten Bestimmungen zu Gunsten der Kirche in Backnang, welche von Honorius III. nicht in den Ausdrücken der vorliegenden Bulle hätten bestätigt werden können.

CCLXXXIII.

Pabst Honorius II. nimmt die von Graf Berthold gestiftete Kirche des heiligen Grabes von Denkendorf mit allen ihren Besitzungen in seinen Schutz und verleiht ihr verschiedene Rechte und Freiheiten.

Im Lateran (zwischen 1125 *und* 1130.*) Januar* 27.

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Cůnrado preposito eiusque fratribus in ecclesia sancti sepulchri de Denkendorf [1]) sita canonicam vitam professis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Officii nostri nos ortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante domino providere.

Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequicia tueamur et beati Petri atque sedis apostolice patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in domino fili Conrade preposite, tuis rationabilibus postulacionibus annuentes, ecclesiam sancti sepulchri de Denkendorf, cum bonis suis ab illustri viro Bertoldo comite pro anime sue remedio glorioso Ierosolimitano sepulcro domini oblatam, cui auctore deo preesse cognosceris, in beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus et scripti nostri pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presenciarum iuste et legitime possidet, sive in futurum largiente deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largicione principum, oblacione fidelium, seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, salva dyocesani episcopi iusticia et reverencia. Obeunte vero te, nunc eius loci preposito, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia preponatur, sed quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Chrisma, oleum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum a Constanciensi accipietis episcopo, si quidem gratiam atque communionem sedis apostolice habuerit, et ea gratis vobis et absque pravitate voluerit exhibere, alioquin eadem sacramenta a quocumque malueritis recipietis episcopo, qui Romane ecclesie sit fultus auctoritate. Porro in advocati electione prepositus liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro dei amore ac peccatorum venia, nec non et eterne beatitudinis mercede advocaciam ipsam bene habere cupiat et tractare. Ad hec adicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius katholice ecclesie episcopus subscripsi.

Datum Laterani VI. kalendas Februarii. [2])

Nach einem von dem Prior des Predigerklosters in Esslingen ausgestellten Vidimus von 1305. Ein anderes ist von dem bischöfl. Vicariat in Constanz unterm 27. Jan. 1420, aus welchem die im erstern fehlenden

Worte *Ego Honorius* bis *subscripsi* genommen sind. Auch liest letzteres *VII. kal.* statt *VI.* — Abdruck bei Besold, Doc. rediv. I. (Ausg. v. 1636. S. 447) nr. 1. der Denkend. Doc. — Fr. Petrus Suev. eccl. S. 260.

1) O.A. Esslingen.

2) Weller ist nicht vorhanden. — Honorius II. regiert vom 21. Decbr. 1124 — † 14. Febr. 1130. Die Bulle kann daher nicht mit den beiden gen. Herausgebern ins Jahr 1124, von 1125 an aber in jedes beliebige Jahr bis 1130 gesetzt werden. Honorius II. muss die Bulle zugeschrieben werden wegen des darin genannten Probstes Conrad, der gerade in seiner Zeit genannt wird.

CCLXXXIV.

Erneuerte Urkunde über die Stiftung des Klosters Alpirsbach.

(zwischen 1125 *und* 1127.*)*

† Quia deus dei filius veritas est inviolabilis, universis personis ęcclesiasticis, catholicę religioni consentaneis, veracibus pandimus argu|mentis, quod nos tres, Rûtmannus de Husin, Adelbertus de Zolro, comes Alwicus de Sulzo, divini amoris igne succensi, diligenter | pertractando quesivimus, cum consilio venerabilis Gebehardi, Constantiensis ęcclesię episcopi, qui tunc temporis legatus apostolici extitit, ac religiosi Vtonis, | qui eodem tempore sancti Blasii cellę abbatis regulari discretione prefuit, nec non et aliorum venerandorum monachorum, clericorum, laicorum quos advocare potuimus, qualiter in predio nostro, Alpirspach nominato, quod iure possedimus hereditario, monachorum posset cęnobium institui, ut hii qui inibi aggregandi forent, sine perturbatione deo militare possent. Quod cum diu pertractaremus, visum nobis est hoc bonum esse, ut predium prescriptum silvamque predio eidem circumpositam cum terminis suis, nec non et alia predia et mancipia [1]) nostra ad opus tam religiosum decreta, cuidam libero homini nomine Bernhardo de Flûrin, ut consuetudo est, traderemus, ea videlicet conditione, quatinus ipse eadem deo sanctoque omnino in proprietatem traderet Benedicto, abbati ibidem constituendo et monachis ac fratribus sibi obedientibus libere servitura. Porro ut eiusdem loci habitatores semper quieti manerent, ipseque locus Romani pontificis auctoritate omnimodo liber constaret, decretum est, pro obedientia subiectionis aureum nummum dari annuatim in palacio Lateranensi ad pedes apostolici, et abbas ibi constituendus cum monachis fratribusque sibi obtemperantibus liberam semper haberent potestatem gubernandi et dis[po]nendi [2]) res illuc pertinentes, haberent etiam liberam facultatem sibi advocatum eligendi et constituendi quemcunque vellent, et eundem mutandi, si eis ita placuisset. His causis et rebus considerata dispositis diligentia, advenit nostra vocatione Constantiensis a[ntistes, legatus tunc] apostolicus, ut

locum prenominatum consecrans deo iam preparatum dedicaret oratorium, anno incarnacionis dominice MXCV., i[ndictione III.] XVII. kalendas Februarii. Advenit quoque prefatus Bernhardus, cui predia et mancipia nostra tradidimus, advenerunt et alii multi no[biles et i]gnobiles, in quorum omnium conspectu sepe dictum Bernhardvm petivimus, ut predia [et] mancipia a nobis sibi tradita deo sanctoque Benedicto solempni delegatione omnino in proprietatem contraderet ea conditione qua nos ea sibi tradidimus. Quam petitionem ille devote suscipiens accessit ad reliquias sanctorum, et in presentia episcopi omniumque qui illic convenerant tradidit [3]) in primis super illas ipsum locum qui Alpirsbach dicitur et ei circumiacentem silvam cum terminis suis [4]) subscriptis, id est Heinbach quod protenditur usque Walsbach, de Walsbach ad Sneitbach, de Sneitbach in Rotinbach, de Rotinbach in flumen Kinzichun, secus flumen Kinzicham protenditur usque Wagondenstein, de Wagondenstein usque ad aliam Kynzicham. De Kynzicha usque Grunenwitichin, de quò lòco ad montem in den ursprinc, *natatoria* [5]), de natatorio ad Kaltòbrunnin, dé quo ad Ròtinbach, de hoc usque ad montem in natatorium, de natatorio in silvam usque ad clivum nivalem, *snésleiphi* [6]), de clivo nivali, *fon der snesleiphi* [7]), in Kyncicham. Infra fines horum terminorum Eberhardus de Mièringin [8]) a sancto Gallo inbeneficiatus terram sancti Benedicti in loco qui dicitur Witichin [9]), quod suo beneficio conmilitat, violenter invasit, et domum quandam Alpirsbachensium in prefatis bonis positam igni succendit, qua postea lite penitus dimissa, presente Fridirico seniore, advocato, conpositione unius talenti restituit. Et hęc temporibus Heinrici quarti Romanorum imperatoris [10]) facta sunt. Tempore vero Lotharii regis Fridiricus, Fridirici filius, Alpirsbachensis advocatus, beneficiorum prefati Ebirhardi successor factus, dum pro iniuria illorum qui eisdem beneficiis inbeneficiati fuerant sepius a fratribus loci interpellaretur, ab ipsis hominibus ęcclesię cęterisque bonis accolis terrę de iusticia loci inquisitionem sub iureiurando diligenter in ipso loco fieri fecit, et eandem iusticiam de invasis terminis sub iureiurando recognitam modis omnibus quibus potuit, et sicut ex vocatia debuit, in presentia fratris sui Eginonis, sub testimonio ministerialium suorum et hominum sine omni contradictione prefatę ęcclesię confirmavit. Hęc autem sunt nomina liberorum hominum, sub quorum presentia ista facta sunt: Heinrich de Luphun [11]). Marcwart de Ascha [12]). Woluerat de Ouwa [13]). Adelbertus de Wachindorf [14]), et alii quam plures idonei testes, tam ingenui homines quam gnari milites. Sane ut huius restitutionis confirmatio sic a Fridirico advocato facta notior et firmior in posterum teneretur, ab Aliwico, regionis illius comite, denuo corroboratur, qui rogatu fratrum Alpirsbachensium predictos terminos terrarum sancti Benedicti et beati Galli sub iureiurando vetustissimorum et veracissimorum illius loci conprovincialium diligenti inquisitione adiuvenit, et inventos ad utilitatem Alpirsbachensis ęcclesię in suo legitimo placito seculari banno, sicut fieri solet, inbannavit, que omnia tandem Òdalricus Constantiensis episcopus in die palmarum inter missarum sollempnia ibidem celebrata ęcclesiasticę auctoritatis sententia

stabilivit. Hii itaque sunt qui iuraverunt: Gundeloch de Homessingin [15]) et Heinricus. Antwart. Eppo. Rûzile. Ezilo [16]). Ôdalricus. Rûdin. Volmar. Azzo. Heinrich de Bedzingiswilaeri [17]). Walther et Aalbreht de Gundolfishusin [18]). Manegolt de Bilstein [19]). Wipreht et Starcholph fratres cum aliis nonnullis veracibus personis. Tandem comes Alwicus, bono dei spiritu ductus, quandam predictorum terminorum, in loco qui dicitur Kaltinbrunnin [20]), partem iniuste a se possessam prefatę Alpirspachensi ęcclesię in presentia domni Cûnradi, ibidem abbatis, et Wernheri, abbatis Solitariorum, suorumque fratrum, predocente Egilolpho, tunc milite set postea ibidem monacho, allatis sacrosanctis, voluntarie restituit, et ob cautelam memorialis testimonii mancipium unum sancto Benedicto legitime delegavit. Deinde alia predia et mancipia, constituta in his villis: Dorinhein, Homessingin, Hebindorf, Garta, Hasela, Ueringin [21]), omnino in proprietatem tradidit deo sanctoque [22]) Benedicto absque omni contradictione et repeticione; prefatam confirmationem perfecte lib[erta]tis in gubernatione et dispositione rerum claustralium, in [23]) electione et mutatione advocati, in censuali constitutione aurei nu[mmi, pro te]stimonio subiectionalis obedientię ac pro memoria libertatis perpetuę apostolicę auctoritati annuatim solvendi, legitime atque ę[tern]e faciens; addens quoque, ut abbas cum advocato suo fratribusque suis apostolicam defensionem vel eius sententiam fiducialiter requirant contra eos qui loci libertatem aliqua violentia perturbant. Post hęc consecratum est oratorium ab eodem pontifice Gebehardo in honore sanctę trinitatis, victoriosissimę crucis, dei genitricis, beati Benedicti confessoris omniumque sanctorum. Omnia vero prescripta per eum [24]) apostolica auctoritate sunt roborata, et non tan[tum una vic]e illoque tempore, set etiam post aliquot annos, quando iterum ad eundem locum advocatus dedicavit ibi ęcclesiam anno verbi incarnati MXCVIIII., indic[tione II]I, V. kalendas Septembris, die dominica. Tunc, inquam, presentibus ipsius loci fundatoribus multaque populorum turba astante iterum diligenter recensita sunt omnia quę ad stabilitatem et libertatem loci pertinent et ad requiem securitatis eorum qui ibi deo sanctoque servituri sunt Benedicto. Quę iterum domnus Gebehardus Constantiensis episcopus, tunc quoque vicem apostolicam tenens, amore sanctissimi patris Benedicti apostolica auctoritate devotissime roboravit, donec ipsius cenobii fratres Romam mittere possent et ab ipso papa suę securitatis et libertatis privilegium susciperent. Huius testamenti doctor extitit Benno de Speichingin, non semel set bis. Primo, sicut dictum est, in ipso loco, quando ibi consecratum est [25]) predictum oratorium, secundo apud villam que Rotwilo dicitur, coram duce Bertoldo aliisque regni principibus quam pluribus et populo multo, ubi domnus Adelbertus de Zolro, seculi actibus renunciaturus, preter illa predia que antea dederat, iterum deo sanctoque Benedicto prorsus in proprietatem tradidit quicquid in his villis hereditario iure possessum habuit: Fûzin [26]), Geroltisdorf, Sulzo, exceptis his que servientes sui, videlicet Reinwin, Rûdolfus, Reginboto ibidem proprio iure possederant. Cuius delegationis idonei testes sunt hii: venerandi comites Alwicus. Gotefridus. Fridiricus.

Manegoldus. Gerungus. Zeizolfus et nichilominus Heberharth, Heriman, fratres de Dietfurt. Bertholt de Hohinburc. Diethelm de Dockinburc. Cûno de Sulza. Landolt de Winzilun. Walther de Heitirbach. Gèrbolt et Wernherus fratres de Augia. Ebirhardus de Sedorf. immo rex angelorum cum omni turba celorum. Amen.

Nach einer im 12. Jahrhundert auf Pergament in Urkundenform geschriebenen Aufzeichnung im fürstlichen Archive zu Hechingen. Eine Abschrift steht in dem im 15. Jahrhundert geschriebenen Copialbuch des Kl. Alpirsbach im k. Staatsarchiv, woraus einige in der Pgt.HS. vorkommende Lücken ergänzt sind. — Ein Facsimile der Hechinger HS. findet sich bei Stillfried, Alterthümer etc. des erl. Hauses Hohenzollern, Heft II. — ein Abdruck in desselben Monum. Zoll. I. S. 8. nr. 2b; ferner früher bei Crusius, Annal. Suev. II. Lib. VIII. c. 14. S. 293. — Fr. Petrus, Suev. eccl. S. 51.

1) Die Pgt.HS. hat *mancipicia*.

2) Statt der in [ ] eingeschlossenen Stellen befinden sich in der Pgt.HS. Löcher. Das fehlende konnte durchgängig aus dem Alpirsb. Copialbuch ergänzt werden.

3) Das Wort *tradidit* fehlt in dieser Ausfertigung.

4) Bis hieher ist die Urkunde, einzelne Worte und Wendungen abgerechnet, ganz gleichlautend mit der oben S. 315 ff. mitgetheilten von 1099. Das folgende bis zu den Worten *mancipium unum sancto Benedicto delegavit* ist, wie dort bemerkt wurde, ein in den Text eingeschobenes, nahe an 30 Jahre jüngeres Stück, dessen Inhalt wahrscheinlich zu dieser zweiten Aufzeichnung Veranlassung gab. Nachdem nämlich die am Schlusse der frühern Urkunde von anderer Dinte beigesetzte Gränzbeschreibung, theilweise abweichend, heraufgenommen ist, werden zwei Fälle vorgekommener Störung und darauf erfolgter jedesmaliger feierlicher Anerkennung der so beschriebenen Gränzen berichtet. Die nächstfolgenden Worte *Deinde alia praedia et mancipia* bis *aliqua violentia perturbant* nähern sich wieder dem frühern Texte, jedoch mit Veränderungen und Zusätzen, nach welchen die Stelle ebensogut auf eine erst später erfolgte nochmalige Anerkennung oder Wiederholung einer bei der Stiftung vorgenommenen Handlung bezogen werden kann als auf diese selbst. Erst von den Worten *Post haec consecratum est oratorium* bis gegen den Schluss ist der übrige Theil der ältern Urkunde unverändert und unvermittelt angereiht. Die Störung, die der innere Zusammenhang dadurch erleidet, ist von selbst einleuchtend.

Den Anhaltspunkt für die Zeitbestimmung der Urkunde geben die in dem eingeschobenen Stücke genannten Namen des Königs Lothar (König 1125, Kaiser 1133 — † 1137) und des Bischofs Ulrich von Constanz (1111 — 1127), wobei allerdings vorausgesetzt ist, dass Ulrich I., und nicht sein Nachfolger Ulrich II. (1127 — um 1140), gemeint sei. In letztrem Falle wäre der Zeitraum bis 1133 zu erstrecken.

5 — 7) Diese cursiv gedruckten Worte stehen in der Pgt.HS. über der Zeile.

8) und 9) Mühringen, O.A. Horb; Wittichen, bad. B.A. Wolfach.

10) Zwischen diesen beiden Worten ist ein Wort ausradiert.

11 — 14) Lupfen, O.A. Tuttlingen; Asch? O.A. Blaubeuren; Ow, abgegangene Burg, und Wachendorf, beide O.A. Horb.

15) Hochmössingen, O.A. Oberndorf s. oben S. 317, Anm. 4—10.

16) So, nicht *Rühle* und *Friso*, wie in einem der vorhandenen Abdrücke steht, ist zu lesen.

17 — 20) Betzweiler, O.A. Oberndorf; Gundelshausen, O.A. Sulz; Bilstein? bad. B.A. Emmendingen.

21) Ueber die genannten Orte s. oben Urk. v. 1099. Anm. 4—9. S. 317.

22) Vor *Benedicto* ist *nicolao* durch untergesetzte Puncte ausgestrichen.

23) Das Wörtchen *in* steht über der Linie.

24) Im Orig. steht *per eum prescripta*, darüber aber die Buchstaben *b* und *a*, zum Zeichen dass *prescripta per eum* zu lesen sei.

25) *Est* über der Linie.

26) Der Anfangsbuchstabe ist verwischt und war der übriggebliebenen Spur zufolge ein *V* oder *F*. Der Name dieses und der nachfolgenden Orte ist oben S. 317 Anm. 12—15 erklärt.

CCLXXXV.

Bischof Otto von Bamberg erkauft ein Gut bei Rimbach von dem Kloster Hirsau unter angehängten näheren Bestimmungen.

1125. *Mai* 4.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto, divina favente clementia sanctę Babenbergensis ecclesie octavus episcopus. Noverit Christi fidelium universitas, qualiter nos predium apud Rintpach [1]) cum adherentibus sibi villulis a venerabili Volmaro, abbate Hirsaugiensis cenobii, consensu fratrum suorum centum talentorum precio emimus, cum familia scilicet seu ministerialibus ad idem predium pertinentibus, ac pro amore divino ad altare sancti Michahelis in monte Babenbergensi per manum cuiusdam Willihalmi, liberi hominis de Giche [2]), donavimus, fratrum inibi Christo famulantium usibus perpetuo profuturum. Quę nimirum donatio tali conditione facta est, ut si quis de ministerialibus eiusdem predii consocialem sibi duxerit uxorem, et ex ea filium habuerit, hereditatem patris filius obtineat, de externa autem matre genitus ad paternę hereditatis possessionem non asspiret. Ac per omnia eodem iure idem ipsi potiantur, quo ceteri ministeriales sancti Michahelis utuntur. Sane defensionem eiusdem allodii Ratpotoni comiti ea ratione concessimus, ut sub cura sua habeat, et nulli in beneficium concedat. De singulis quoque mansis dimidium modium avenę in festo sancti Martini accipiat. Placitum vero cum colonis nullum omnino ponat, nisi forte contentio inter eos oriatur, ad quam componendam ab abbate vel preposito accersiatur. Et ut hęc traditio per tempora succedentia firma permaneat, presentem cartulam fecimus inde conscribi, quam banni nostri interpositione roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Huius rei testes fuerunt Reginboto comes. Frideric de Liutenbach [3]). Friderich de Mistelbach. Friderich de Herigoldesbach. Dietpreht de Altolfeshusen. Pabo de Sconenbrunnen. Růdpreht de Sletin. Eberhart de Wikeristeine. Eberhart de Bucha. Pero de Namkendorf. Gundeloch. Otgoz et alii multi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo XXV., indictione III., feria V., IIII. nonas Mai acta sunt hęc.

Nach dem Original des k. Reichsarchivs in München. — Angemerkt bei Lang, Reg. Boica IV. S. 733.

1) Rimbach, Ober- Nieder-, O.A. Mergentheim. S. auch Cod. Hirsaug. augef. Ausg. S. 44. 46. 76.
2) Glech, zertrümmertes Bergschloss, baier. L.G. Schesslitz.
3) Dieser und die folgenden Orte, sämmtlich in Baiern gelegen, sind: Leutenbach, L.G. Forchheim; Misteibach, L.G. Baireuth; Hergersbach, L.G. Heilsbronn; Altershausen, L.G. Neustadt a. d. Aisch; Schönbrunn, rechts am Main, L.G. Eltmann; *Sletin*, unbekannt; *Wikeristeine* desgleichen; Buch, links v. d. Regnitz, L.G. Bamberg, oder Bucha a. d. Pegnitz, L.G. Pegnitz; Nankendorf, L.G. Hollfeld.

CCLXXXVI.

Pabst Honorius II. nimmt die von dem Pfalzgrafen Adelbert und seinen Brüdern dem heil. Stuhl übertragene Kirche zu Anhausen in seinen Schutz und fügt verschiedene nähere Bestimmungen über deren Rechtsverhältnisse hinzu.

Im Lateran 1125. *November* 27.

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis in Christo filiis, monachis monasterii sancti Martini de Hanhisin, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic iusta petentium votis benigna debemus assensione concurrere. Eapropter nobilium virorum Adelberti, palatini comitis, et eius fratrum Udelrici et Gualteri devotioni duximus annuendum. In Augustensi equidem episcopatu, in pago Albae, iuris sui predium quod Hanhisin [1]) dicitur, ubi domus flat [2]) beati Martini ecclesia fabricata est, una cum patre suo, egregiae recordationis Manegoldo palatino comite, pro salute animae suae beato Petro, apostolorum principi, in allodium proprium cum omnibus ad eundem locum pertinentibus obtulerunt, quam oblationem nostra postulant auctoritate firmari. Nos igitur praesentis decreti auctoritate sancimus, ut tam praefatus locus quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicae sedis tutela integra semper et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte ipsius loci abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem regulariter providerint eligendum. In advocati autem vestri electione abbas liberam habeat potestatem, cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit. Sepulturam quoque eiusdem cenobii omnino liberam esse sancimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Pari etiam modo concambium quod de loco, in quo monasterium vestrum situm est, cum ecclesia sancti Petri de Tetingen [3]), ad cuius parochiam

pertinebat, utriusque partis consensu et fundatorum conniventia factum esse dinoscitur, confirmamus. Ordinationes praeterea monachorum, consecrationes altarium, sive basilicarum ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, si quidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, ac sine pravitate postulata voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, et ab eo sacramenta ipsa suscipere, qui apostolicae sedis fultus auctoritate indulgeat. Ad indicium autem huius perceptae a Romana ecclesia libertatis aureum unum per singulos annos Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesv Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesv Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

(Rundzeichen.) [4]) Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, V. kalendas Decembris, indictione IV., anno dominicae incarnationis MCXXV., pontificatus autem domni Honorii secundi papae anno I.

Nach Besold, Doc. rediv. I. (Ausg. v. 1636. S. 325) nr. 1. der Anh. Doc. — Fernerer Abdruck bei Fr. Petrus, Suev. eccl. S. 90. — Reyscher, Samml. altwürtemb. Stat. R. I. S. 86. — Im Staatsarchive hat sich blos eine deutsche Uebersetzung der Bulle auf Pergament aus dem 15. Jahrhundert erhalten.

1) Anhausen, O.A. Heidenheim, über den Albgau s. Stälin I. S. 279.
2) Die Worte *domus fiat* sind offenbar falsch. Vielleicht sollte etwas wie *deo* oder *domino favente* stehen. Die deutsche Uebersetzung scheint aber auch jene falsche Lesart vor sich gehabt zu haben.
3) Dellingen, O.A. Heidenheim.
4) Mit dem Wahlspruch: *Oculi Domini super iustos.*

CCLXXXVII.

Pabst Honorius II. nimmt das Kloster Neresheim in seinen Schutz und bestätigt dessen Güter und Rechte.

Im Lateran 1125. *November* 27.

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Pylgerino abbati monasterii sancti Vdalrici, quod in Augustensi dioecesi in loco qui Nôresheim [1]) dicitur situm est,

eiusque successoribus regulariter subintrantibus in perpetuum. Cum ecclesiis omnibus et venerabilibus locis debitores ex apostolicae sedis beneficentia existamus, illis tamen locis atque ecclesiis quae beato Petro iure proprio subiectae sunt, vigilantiori nos convenit studio et diligentia providere. Nobilis equidem piae recordationis comes Hartmannus cum sua coniuge Adelhaide et filiis suis Hartmanno, Adelberto comite atque Vdalrico, qui nunc per gratiam dei religiose in Constantiensi episcopatu ecclesiae praeest, praedium sui iuris, in quo vestra beati Vdalrici confessoris ecclesia fundata est, cum omnibus ad ipsum pertinentibus beato Petro et sanctae Romanae ecclesiae obtulit. Quam nimirum oblationem praedecessor noster, sanctae memoriae Vrbanus papa, sua authoritate firmavit. Nos itaque ipsius praedecessoris nostri vestigia imitantes, eandem ecclesiam cum bonis omnibus et possessionibus suis in beati Petri et sanctae Romanae ecclesiae iure atque proprietate omni tempore permanere censemus. Caeterum bona omnia et possessiones quas praefatus comes Hartmannus et alii viri de suo iure vestro monasterio contulerunt, et quaecunque in praesenti vestra ditione iustis modis ecclesia vestra possidet, aut futuris temporibus iuste atque canonice, largiente domino, conferentur [2]), firma vobis vestrisque successoribus et inconvulsa permaneant. Nulli ergo hominum facultas sit eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel ablatas [3]) retinere, aut temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione vel gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum [pars] consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Eorum vero advocatus, quamdiu vixerit, Hartmannus comes, supradicti Hartmanni filius, habeatur, et si ipse filium non habuerit, fratres, vel eius filii, si utiles loco illi extiterint. Alias fratres ipsi quem maluerint in officium ministerii huius asciscant. Consecrationes altarium et basilicarum, ordinationes monachorum vestrorum, oleum sanctum et caetera ad episcopale officium pertinentia ab Augustensi episcopo, in cuius estis dioecesi, accipietis, si tamen catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit. Alioquin licet vobis catholicum quem volueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta percipere, qui [4]) apostolica fultus authoritate quae postulatis indulgeat. Sepulturam quoque loci vestri liberam esse censemus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati nullus, nisi forte excommunicati sint, obsistat. Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam [5]) temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Iesv Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta

servantibus sit pax domini nostri Iesv Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

(Rundzeichen) [6]). Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Datum Laterani per manum Vdalrici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii [7]), V. calendas Decembris, indictione quinta, anno dominicae incarnationis MCXXV. [8]), pontificatus autem domni Honorii papae secundi anno primo.

Nach einer unbeglaubigten Abschrift des vormaligen Klosters Neresheim aus dem 17. Jahrhundert auf Papier im k. Staatsarchiv. — Abdruck in der Neresheimschen Gegendeduction S. 459. nr. 65.

1) O.A.St. Neresheim.
2—5) Die Abschrift liest fehlerhaft *conferrentur* — *abbates* — *quod* — *eis*.
6) Mit dem Wahlspruch: *Oculi domini super iustos*.
7) Die Abschrift falsch *diaconum cardinalem et cancellarium*.
8) In der Abschrift arabische Zahlzeichen. — Die Indiction zu 1125 ist übrigens nicht 5, sondern 3.

CCLXXXVIII.

König Lothar bestätigt dem Kloster S. Blasien den Besitz des Klosters Ochsenhausen, sowie einiger andrer Kirchen unter hinzugefügten weitern Bestimmungen.

Strassburg 1126. *Januar* 2.

(Chr.) ¦ In nomine sanctę et individuę trinitatis. ¦ Lotharius, divina favente clementia Romanorum rex. Quę cum bona voluntate et divini servitii amplitu||dine sunt contracta, ut nulla possint in posterum refragatione confringi, regia potestate debent roborari, et in sua stabilitate confirmari. Ad hoc enim principem ac || defensorem ęcclesiarum nos constituit dominus, ut gratię eius non simus ingrati, set servitium eius, prout possumus, augmentare studeamus. Notum igitur esse volumus omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam || presentibus, qualiter Hawinus et Adilbertus et Chŏnradus, per manum ducis Uvelfonis, locum qui vulgariter dictus est Ohsinhusin [1]), ad monasterium sancti Blasii, quod est in Nigra Silva, in proprietatem tradiderunt cum omnibus appendiciis suis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et reditibus, agris, acquisitis et acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et cum omnigena utilitate quę ullomodo inde provenire vel excogitari potest, absque omni contradictione, cum perhenni proprietate. Traditus est autem idem locus a predictis viris ad prefatum monasterium in presentia domni Ŏtonis, abbatis, et Adilgozi, tunc temporis advocati de sancto Blasio, coram idoneis testibus [2]), quorum nomina infra sunt scripta. Hartmannus comes de

Geroshusin. Manegoldus comes et filius eius Wolueradus de Isininun et de Alshusin. Hartmannus comes et frater eius Otto de Chilhperc. Liutfridus et Manegoldus de Billenhusin. Heinricus de Baldisheim. Ocoz et Reinboto de Hegirnbŏch. Reginhardus de Vrsinun. Adilgoz de Lucilunburch. Ripertus et Uvolftregil de Lŏbon. Hatto de Ohsinhusin. Hartnit de Steuinsriet. Abbas vero predictus congregationis sancti Blasii cum consilio archiepiscopi Salzpurgensis, Diemonis, et Gebehardi Constantiensis episcopi, et aliorum religiosorum virorum peticione, ad eundem locum fratres suos direxit, monasteriumque in eodem loco fieri fecit, et ut semper inviolabiliter divinum servitium ibi perseveret decrevit sub abbate de sancto Blasio secundum ordinem suum, et ut idem locus cum omnibus ad illum pertinentibus iure proprietatis monasterio et abbati sancti Blasii semper in omnibus obędiat et subiaceat sicut et alie suę cellę ei obediunt et subiacent. Idcirco igitur noverit tam presens ętas quam sequens posteritas, qualiter Bertholdus venerabilis abbas sancti Blasii eiusque fratres hanc illustrium virorum legalem traditionem predicti loci nec non et constitutionem felicis memorie Ŏtonis abbatis confirmari a nobis regali auctoritate ac privilegii nostri corroboratione humiliter deprecati sunt, quorum iuste peticioni, tum pro coniugis nostrę Richinzę reginę pia dilectione, tum pro archiepiscopi Mogontini ceterorumque principum humili peticione, libenti animo assensum prebuimus, predictamque cellam Ohsenhusin, quam prescripti nobiles viri coram testibus supranotatis sancto Blasio legitime contulerunt, eidem ęcclesię sancti Blasii recognoscimus et confirmamus, cum omnibus eidem cellę prescriptis appendiciis atque pertinentiis. Constitutum itaque regia magnificentia, ut nullus dux, aut comes, aut aliqua maior vel minor persona aliquid iuris habeat, vel aliquam potestatem exerceat, aut ullam inquietudinem monachis in eadem cella manentibus inferre presumat; set omnia secundum regulam sancti Benedicti sub potestate ac dispositione abbatis quo locus ipse pertinet consistant. Preterea advocatus nullus ibi sit, nisi quem abbas cum consilio fratrum suorum elegerit, et tamdiu in illa advocatione sit quamdiu abbas eum utilem et idoneum esse iudicaverit. Alius autem minor, qui vulgo subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. Ad hęc sane illam constitutionem, quam dive memorie Ŏto abbas sanxit, et nos approbamus, atque sancimus: primum ut nulli abbatum vel potentum de rebus ad Ohsinhusin pertinentibus aliquid inde abalienare vel subtrahere liceat in beneficia, secundo ut alius nullomodo ibi sit prior, nisi quem abbas de sancto Blasio preesse voluerit, tercio ut de his qui ad conversionem veniunt, sive sit monachus, sive clericus, vel laicus, nullus admittatur in consortium fratrum sine voluntate et concessione abbatis de sancto Blasio. Omnia quoque maiora negotia in mutandis locis, in transferendis eiusdem loci beneficiis, et cetera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis. Insuper constituimus, ut deinceps in monasterio sancti Blasii semel in anno agatur memoria omnium illorum cum officio pro defunctis qui predictum locum tradiderunt ad idem monasterium, et prior de Ohsinhusin ipsa die presens sit, et faciat caritatem fratribus secundum quod illi abbas constituerit. Et ut hęc nostra regalis

confirmatio atque constitutio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Sub hac quoque nostre confirmationis auctoritate et alias cellas ęcclesię sancti Blasii, id est Berŏwa[3]), Witenowa[4]), Bůrgilun[5]), Wizilinchovin[6]) esse volumus conprehensas, scilicet ut nullius persone potestas aliquid iuris in eis habeat, aut aliquam molestiam ęcclesię et abbati sancti Blasii inferat, cui et perhenni iure proprietatis debent esse subiecti. Si quis igitur temerarius presumptor huius nostri privilegii constitutionem et confirmationem violare presumpserit aut inquietare, auri purissimi centum libras componat, dimidium nostrę camerę, et dimidium ipsi ęcclesię. Presentes autem fuerunt donationi huius privilegii idoneę persone. Adilbertus Mogontinus archiepiscopus. Arnoldus Spirensis episcopus. Ŏdalricus Constantiensis episcopus. Stephanus Metensis episcopus. Symon dux. Gŏtefridus palatinus comes. Chŏnradus filius ducis Bertholdi. Hermannus marchio. Petrus comes. Reginoldus comes. Sigibertus comes et alii quam plures.

┆Data Argentinę, anno incarnationis domini MCXXVI.,┆ indictione quarta, IIII. nonas Ianuarii, *(Siegel.)*[7]) anno primo regni Lotharii regis.

Ego Snelhardus notavi sub vice archicancellarii, Adilberti archiepiscopi Mogontini.

(Monogramm.) ┆Signum domni Lotharii dei gratia tercii regis.┆

Nach dem Original des grossh. General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Abdruck bei Herrgott, Geneal. dipl. II. S. 147. nr. 205.

1) Ochsenhausen, O.A. Biberach.

2) Vgl. über diese Zeugen Anm. 4 zu der Stiftungsurkunde von 1100 S. 322.

3—6) Berau, bad. B.A. Bonndorf; Weitenau, bad B.A. Schopfheim; Bürglen, bad. B.A. Müllheim; Wislikofen, Kant. Aargau in der Schweiz.

7) Mitten in der Urkunde zwischen *Ianuarii* und *anno* und zwischen den Sylben *archi* und *cancellario* in Wachs aufgedrückt, aber zerbrochen.

CCLXXXIX.

Pabst Honorius II. nimmt das Kloster des heil. Martins in Wiblingen in seinen Schutz und bestätigt die von seinem Vorgänger Urban II. demselben bewilligten Rechte und Freiheiten.

1126. *März* 28.

┆Honorius [1]) episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Warnerio, abbati monasterii sancti Martini, quod Wibilingen dicitur, eiusque successoribus regu‖lariter promovendis in perpetuum.┆ Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere

monstratur, auctore deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem nos, dilecte in Christo fili, tuis per venerabilem fratrem nostrum || Ůdelricum Constantiensem episcopum postulationibus inclinati, beati Martini monasterium, cui disponente deo presidere cognosceris, quod videlicet a predecessore nostro felicis memorię Vrbano papa in speciale sedis apostolicę ius ac tutelam susceptum est, || apostolicę auctoritatis privilegio communimus. Statuentes ut quecumque predia et quecumque bona, tam ex fundatorum suorum Harthmanni comitis et Otonis fratris eius largicione, quam ceterorum fidelium iusta oblatione supradicta beati Martini ecclesia in presentiarum possidet, sive in futurum iure atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo — etc. — [2]). Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen [3])). Ego Honorius catholicae aecclesiae episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

Data Laterani per manum Almerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii V. kalendas Aprilis, incarnationis dominicae anno MCXXV., [4]) indictione IIII., pontificatus autem domni Honorii papae secundi anno secundo.

An röthlich seidner Schnur hängt die bleierne Bulle mit *S. Paulus* und *S. Petrus* nebst den Köpfen auf einer, und *Honorius papa II.* auf der andern Seite. — Abdruck bei Gerbert, Hist. NS. III. S. 55. nr. 37.

1) Dieses Wort und *Warnerio* in verzierten Uncialen.
2) Das dazwischenstehende ganz wie in der Bulle von 1098 S. 308 ff. mit nachstehenden durchaus unerheblichen Abweichungen. Hier: *auferre* dort *aufferre;* hier *usibus profutura* dort *usibus omnimodis profutura;* hier *Harthmannum* dort *Hartmannum* (ohne h); hier *administrare debebit* dort *administret;* hier *sanccimus* dort *sancimus;* hier *monacorum* dort *monachorum;* hier *fuerint ordines* dort *ordines fuerint;* hier *eiusdem loci abbate* dort *eius loci abbate;* hier *bisancium* dort *bisantium;* hier *tercione* dort *tertione;* hier *eidem* dort *eidem eidem;* hier *qualinus* dort *quatenus;* hier *apud* dort *aput.*
3) Mit dem Wahlspruch: *Oculi domini super iustos.*
4) Das Jahr ist zufolge der Indiction und der damit übereinstimmenden Zahl des päbstlichen Regierungs-Jahrs nicht 1125, sondern 1126.

CCXC.

Die Brüder Rüdeger, Adelbert und Walther von Schelklingen übergeben die Kirche zu Urspring mit genannten Gütern an das Kloster S. Georgen.

Ehingen 1127.

V. [1]) providentia divina humilis abbas et conventus sancti Georgii martyris in Nygra Sylva universis ecclesie filiis salutem in domino. Notum facimus omnibus praesentem paginam cernentibus, quod in comitatu Alpium est locus sylvaticus et interiacentibus pratis

amenus, aquis irriguus, de quarum etiam profluvio nomen accepit Vrsprinc [2]). Adiacet autem et prope est castro et villae quę simili nomine ambo appellantur Schälkalingin [3]), et cadunt in haereditatem trium germanorum, militum nobilioris prosapiae, Rudegeri scilicet Adelberthi et Waltheri, possessorum eius de quo hic verbum est. Igitur incarnatione domini anno MCXXVII., primo anno imperii Lotharii regis, qui Henrico V. Romanorum imperatori successit in regno, indictione V. tradiderunt tres praenominati germani nominatum locum cum ecclesia, ab annis anterioribus in loco constructa, deo et sancto Georgio pro remedio animarum suarum parentumque suorum in omne tempus. Haec quidem non est parrochiana, libere tamen habet suas decimas, et non est ulli parrochianae subiecta. Hanc cum omni iure et insuper duos mansos apud Wagenweng [4]) et dimidium apud Schelkaling tradiderunt. Facta est autem haec traditio apud villamquę vocatur Ehingin [5]) coram descriptis testibus: Rudegero de Epfing [6]). Wolfftrigel de Ehingin, Diethelmo de Tüssin [7]), Hiltebolt de Schamern [8]). Effluentibus autem non multis post haec ebdomadibus iterata est traditio, in qua abalienaverunt se praedicti milites Rudegerus, Adelberthus et Waltherus ab omni proprietatis iure et advocatia eiusdem loci prius habita, apud villam Ehingin coram Diepoldo comite de Bergin [9]), quem etiam advocatum eidem loco secundum iura et leges advocatorum et aliorum allodiorum monasterii sancti Georgii praefecerunt, praesente atque id ut fieret annuente domino W. abbate sancti Georgii et supra memoratis tribus germanis fratribus; praesentibus D. de Horning [10]). Hainrico de Hohenwanc [11]). Gervic de Me..nburc [12]). Dieterico de Messen [13]), Ernst et Conrado. Hanc igitur paginam nostro sigillo munitam a nostris privilegiis assumptam omnibus iuribus eiusdem ecclesiae contradicentibus vel irritare volentibus decrevimus ostendendam.

Nach der im k. Staatsarchive befindlichen HS. in Fol. Christiani Tubingii (letzten kathol. Abts in Blaubeuren 1548 — 1562, s. Memminger, Beschr. des O.A. Blaub. S. 115 ff.) historia coenobii Blauburensis Fol. 34 b ff. Die Urkunde ist mit den Worten eingeleitet: *Eodem anno (MCXXVII) vestalium monasterium Vrspringen ad Algae fontem et originem fundatura fuit, sicut sequentes indicant literae, quas inserere integras placuit.* Am Schlusse steht: *Praedictae literae apud vestales in Vrsprunc servantur ab abbate S. Georgii eis traditae. Verae autem donationis literae praedictorum germanorum trium in divi Georgii cenobio retinentur.* — Ein Abdruck der ganzen HS. findet sich bei Sattler Gesch. d. H. Württemberg, Grafen IV. Beil. 73. S. 281 ff. der Ausg. v. 1777. Die Urk. steht S. 315.

1) So steht im MS.; es muss *W.* (d. h. Werner) gelesen werden, wie es weiter unten auch wirklich steht.
2) und 3) Urspring und Schelklingen, beide nahe beisammen, O.A. Blaubeuren. Ueber das Geschlecht der Herren von Schelklingen s. Stälin II. S. 352 ff.
4) Unermittelt. Sollte das Wort verschrieben und *Mussewang*, Muschenwang, zu lesen sein, was dicht bei Urspring liegt und wo letzteres das Patronatrecht hatte?
5—8) Ehingen, O.A.St. a. d. Donau; Aepfingen, O.A. Biberach; Gross-, Klein-Tissen, O.A. Saulgau; Langenschemmern, O.A. Biberach.
9) Berg, O.A. Ehingen, die Stammburg gleichen Namens, zertrümmert.

10) Herlingen, O.A. Blaubeuren.

11) Eine Holzmark zwischen Themmenhausen, Scharenstetten und Tomerdingen, O.A. Blaubeuren, führte urkundlich diesen Namen, der Ort oder die Burg ist verschwunden.

12) In der HS. steht *Metnburc* oder *Meinburc*, mit übergesetztem *r* oder *c* vor dem *t* oder *i*. Es dürfte wohl *Niunburc*, Neuburg; Pfarrw. O.A. Ehingen, (s. Memminger, Beschr. des O.A. Ehingen S. 150) zu lesen sein.

13) Missen, O.A. Leutkirch.

CCXCI.

Konrad, Sohn des Grafen Boppo von Laufen, bekennt, wie er von dem Bischof Buggo von Worms mit dem Lehen, das sein Vater vom Bisthum Worms inne gehabt, belehnt worden sei.

Worms 1127. *Mai* 18.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Innotescat universis Christi fidelibus, tam futuris quam praesentibus, quo in loco et quo tempore, qua etiam conditione ego Cůnradus, filius comitis Bopponis de Loufo [1]), beneficium, quod pater meus de episcopatu Wormatiensi habuerat, per manum venerabilis episcopi Buggonis obtinuerim. Tempore concilii, quod Petrus diaconus cardinalis, domno Godefrido Treverensi archiepiscopo Wormatiae ad expurgationem suam de simonia cum aliis catholicis instituit, ego Cunradus beneficio patris mei a domno meo Buggone Wormatiensi episcopo, investitus sum. Ad cuius rei memoriam confirmandam in familiam beati Petri super altare ipsius octo ex ministerialibus meis melioribus cum uxoribus et filiis et cum omni possessione et proprietate ipsorum, secundum legem Francorum, per manum Bertholfi comitis contradidi, quorum nomina infra scripta sunt: Werenhere, Suiger, Adelbreth, Friderath, Cunrath, Heinrich, Cunrath, Berenger. Ut autem haec traditio in aeternum firma et inconvulsa perseveret, domnus meus Buggo episcopus hanc cartam super his conscribi fecit, eamque sigilli sui impressione consignavit, et auctoritate et testimonio subscriptorum episcoporum et clericorum sive laicorum corroboravit. Testes Sigefridus Spirensis episcopus cum clero et familia sua, Wodalricus Constantiensis episcopus, Heinricus Tullensis episcopus, clerus et familia Wormatiensis, Heinricus maior praepositus, Gebehardus praepositus S. Pauli, Gramlib Nuohensis praepositus, Bruthgoz praepositus de Wileburg, Henricus decanus, Nibelung custos, Walterus magister. De laicis ministerialibus s. Petri Gumbertus, Ruigerus vicedominus, Gerbodo thelonarius. De liberis comes Bertolfus, Wernhart et Liubolt filius suus, Gerung de Alenvelt, Cuonrat de Hohenhart et alii quam plures clerici et laici. Data XV. kalendas Iunii, anno dominice incarnationis MCXXVII., indictione III., regnante domno Lothario III.

rege Romanorum augusto, Buggone episcopo venerabiliter administrante et providente sanctae ecclesiae Wormatiensi, anno septimo ordinationis suae. Actum Wormatiae feliciter. Amen.

Nach Mone, Anzeiger 1838. Spalte 446.

1) Laufen am Neckar, O.A. Besigheim. Ueber die Grafen von Laufen s. Stälin II. S. 415 ff.

CCXCII.

Graf Rudolf von Chur übergiebt sein Gut bei Walpertshofen tauschweise dem Grafen Eberhard von Kirchberg gegen dessen Gut Hattenburg, welches beide dann gemeinschaftlich dem Kloster Ochsenhausen schenken.

Ochsenhausen 1127. *Juli* 12.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, scilicet presentibus et futuris, omnibusque deum timentibus et recta iuste discernentibus, concambium quod fecit Rŏdolfus comes Curigensis [1]) cum Heberhardo comite de Kiriperc [2]). Rŏdolfus comes tradidit suum predium quod habuit apud villam Waltpretishoven [3]) cum omni familia Eberhardo comiti, Eberhardus vero comes tradidit Rŏdolfo comiti suum predium quod vocatur Hatinpurch. Hoc concambio firmato, Rŏdolfus comes, adiuncta manu Eberhardi comitis legitime et sine ulla contradictione tradiderunt predictum predium, scilicet Hatenpurc [4]), super altare sancti Georgii in monasterio Hossenhusen pro spe et mercede ęternę vitę. Hec tradictio facta est anno ab incarnatione domini MCXXVII., indictione V., IIII. idus Ivlii, feria tercia, luna XXX., secundo anno Lotarii regis. Acta sunt hęc omnia in cella Hossehusen, in comitatu Diepoldi [5]) comitis, presentibus quorum ista sunt nomina: Arnoldus de Hilteniswilare. Heinricus de Steiga. Sigifridus de Rochenburc. Heinricus de Habesburc et frater eius Chŏradvs. Chŏno de Baldisheim. Sigeboto et frater eius Witegŏwe de Albecge. Bilcherinus de Hurwelo. Burchardvs de Bŏzmundishusen. Ŏdalricvs de Sunnigin. Rŏdolfus de Durincheim. Adelbertus de Suarzzenbach. Meingoz de Gotibretishouen.

Aus dem unter nr. 257. S. 323 bezeichneten Diplomatar des Kl. Ochsenhausen. — Abdruck bei Lünig Reichs-Archiv XVIII. S. 366 nr. 4. — Herrgott Geneal. dipl. II. S. 151 nr. 208.

1—3) Chur in Graubünden; Oberkirchberg a. d. Iller und Walpertshofen, O.A. Laupheim.
4) Hattenburg, Parz. von Ochsenhausen, O.A. Biberach.
5) S. Stälin II. S. 353. ff. Die folgenden Ortsnamen sind Hiltensweiler, O.A. Tettnang; Staig, O.A. Laupheim; Roggenburg, baier. L.G.S.; Habsburg, zertr. Burg, O.A. Riedlingen; Ober-, Unter-Balzheim, O.A. Laupheim; Alpeck, O.A. Ulm; Hürbel, O.A. Biberach; Bussmannshausen, Sinningen, O.A. Laupheim; Türkheim, a. d. Wertach, baier. L.G.S. oder O.A. Geislingen? über die beiden ff. s. Anm. 2 u. 3 der nächsten Seite.

CCXCIII.

Herzog Friederich tritt dem Grafen Rudolf auf die Reliquien des heil. Georg tauschweise einen mansus zu Schwarzenbach gegen einen halben mansus zu Goppertshofen ab.

Ulm 1128. *März* 19.

Dux Fridericus et comes Rŏdolfus concambium fecerunt hoc modo. Fridericvs dux tradidit Rŏdolfo super reliquias sancti Georii [1]) mansum apud Suerzebach [2]), Rŏdolfus autem confirmavit Friderico et eius militibus dimidium mansum apud Gŏtepretishoven [3]). Hęc traditio facta est in opido Ulma, anno ab incarnatione domini MCXXVIII., indictione VI., luna XXVI., feria III. [4]), XIIII. kalendas Aprilis, presentibus quorum ista sunt nomina: Adelbertus palatinus de Luterburch [5]). Heinricus de Steiga. Ernist et frater eius Adelbertus de Stuzelingin. Sigeboto, Beringerus, Witegŏwe de Albeggo.

Nach dem oben unter nr. 257. S. 323 bezeichneten Diplomatar des Kl. Ochsenhausen.

1) D. i. Kl. Ochsenhausen.
2) und 3) Schwarzenbach, O.A. Saulgau; Goppertshofen, O.A. Biberach.
4) Der 19. März fällt auf die *feria secunda*, d. h. Montag, es ist also entweder die Zahl des Monatstags oder die des Wochentags verschrieben.
5) Dieser und die folgenden Ortsnamen sind: Lauterburg, O.A. Aalen; Staig, O.A. Laupheim; Altsteusslingen, O.A. Ehingen; Alpeck, O.A. Ulm.

CCXCIV.

Die Schenkung der villa Ochsenhausen, sowie einige andre Schenkungen an den heil. Georg daselbst werden vollzogen.

Tissen und Kellmünz 1128. *März* 26.

Hawinus filius Hathonis de Vvolvoldisvvendi [1]) tradidit deo sancto Georgio villam, nominatam Hosenhusen [2]), pro remedio animę suę. Eo defuncto, quatuor sorores eius Hazicha, Chuniza, Hemma, Tŏta, proxime heredes defuncti, eandem traditionem firmaverunt, pro anima fratris. Eo tempore Vvelf dux, qui in via Hierosolimitana obiit [3]), cenobii Hosenhusen advocatus fuit. Hic princeps ad opidum Mammingin [4]) venit, in cuius pręsentia et multorum comprovincialium prędictę matronę traditionem fratris cum suo advocato, nomine Volperto de Grŏnenbach [5]), firmaverunt. Una vero sororum, Tŏta nomine, maritum duxit, filiumque Havvinum genuit. Hic parvi pendebat quod parentes fecerant. Nam fratres cenobii inquietabat, seque aliquam partem in villa Hossenhusen habere clamabat, etenim mater illum ad

hęc ausa, primę traditionis sero penitens, incitabat. Post iusticia convictus et pecunia a fratribus honoratus traditionem quam parentes fecerant firmavit, et super reliquias sanctorum et in manus advocati, Rŏdolfi comitis, legali astipulatione edoctus, omnem expostulationem super villam Hossenhusen contradidit. Hec omnia facta sunt in loco Tussim [6]), anno ab incarnatione domini MCXXVIII., indictione VI., VII. kalendas Aprilis, luna XXI., feria II. [7]), pręsentibus quorum ista sunt nomina. Heberhardus comes de Kilberc [8]). Chŏno de Baldisheim. Heinricus de Steige. Adelbertus de Eicheim. Suike et Bernhardus de Biunhusin. Ernist de Stuzelingin. Hartvvic de Livvine. Megingoz de Cotipretishouen.

Eo die et sub isdem testibus Rŏdolfus comes et advocatus tradidit ad predictum cenobium omnia prędia quę sui servientes deo et sancto Georgio obtulerant, et pręcipue dimidium mansum in villa Bonlandin [9]), quem domna Bertha de Roto [10]) cum sua domina, Bertha cometissa, ante paucos dies cenobio tradiderat. Hęc tamen traditio apud Clementiam [11]) opidum facta est.

Nach dem unter nr. 257. S. 323 bezeichneten Diplomatar, zu vgl. auch die zu nr. 257. gemachte Bemerkung. — Abdruck bei Lünig, Reichsarchiv XVIII. S. 367 nr. 5.

1) und 2) Wolpertsschwende, O.A. Ravensburg; Ochsenhausen, O.A. Biberach.
3) Dieser Tod erfolgte schon 1101. S. Stälin II. S. 254.
4) Memmingen, baier. L.G. St.
5) Grünenbach, O.A. Leutkirch.
6) Gross-, Klein-Tissen, O.A. Saulgau.
7) Der 26. März 1228 fällt bei richtiger Zählung der *Kalendae* auf *Feria I.* Es ist also entweder in der Zahl des Monatstags oder des Wochentags um eins gefehlt.
8) Dieser und die folgenden Ortsnamen, wovon mehrere schon da gewesen, sind Oberkirchberg a. d. Iller, Ober-, Unter-Balzheim, Staig, O.A. Laupheim; Eichen Fil. v. Reinstetten, O.A. Biberach; Bonhausen, O.A. Ravensburg; Altsteusslingen, O.A. Ehingen; *Livvine* unermittelt; Goppertshofen, O.A. Laupheim.
9) und 10) Bonlanden, O.A. Leutkirch; Roth, O.A. Laupheim.
11) Kellmünz, baier. Herrsch.G. Illereichen, an der Iller, eher als der Weiler Kellmünz, O.A. Biberach.

CCXCV.

Herzog Heinrich von Baiern übergiebt auf Bitten seines Dienstmannes Hermann dem heil. Georg (in Ochsenhausen) einen halben mansus *und eine Mühle in Gospoldshofen.*

Mendlishausen 1128. *April* 20.

Verbo domini cęli firmati sunt. Heinricvs, dux Noricorum [1]), rogatu Herimanni, sui servientis, tradidit deo et sancto Georio dimidium mansum et unum molendinum in villa Gozboldishoven [2]). Hęc traditio facta est anno ab incarnatione domini MCXXVIII., luna XVI.,

indictione VI., feria VI., scilicet in parasceve domini in villa Manilineshusen [3]), presentibus quorum ista sunt nomina. Rŏdolfus comes de Priganzia [4]), Wernhervs de Suabeika [5]), Bertoldus de Callindin [6]), Heinricus de Steiga [7]).

Nach dem unter nr. 257. S. 323 angegebenen Diplomatar des Kl. Ochsenhausen.

1) Dieser Titel findet sich bis jetzt in keiner unangefochtenen Originalurkunde dieser Zeit, und könnte auch von dem Schreiber des Diplomatars beigesetzt sein.

2) Gospoldshofen, O.A. Leutkirch.

3) Mendlishausen, bad. B.A. Salem.

4—7) Bregenz, österr.; Schwabeck, baier. L.G. Türkheim; Kalentin, Burgruine baier. L.G. Monheim; Staig, O.A. Laupheim.

CCXCVI.

Hatho von Grünenbach überträgt alle seine möglichen Ansprüche auf die Güter Erlenmoos und Dettingen auf den Altar des Klosters Ochsenhausen.

1128. *December* 25.

Hatho de Grûnenpach [1]) abaligenauit se ab omni expostulatione quam posset habere super prędia Erlimose [2]) Tatingin [3]), hoc modo: anno ab incarnatione domini MCXXVIII., indictione VI., luna XVIII., natali domini, expostulationem, si aliquam posset habere prędictorum prędiorum, obtulit super altare coram multis testibus quorum ista sunt nomina. Burchardus de Bŏzmundishusen [4]). Ŏdalricvs de Siccun [5]). Wernhervs de Bercheim [6]).

Nach dem unter nr. 257. S. 323 bezeichneten Diplomatar.

1—3) Grünenbach, O.A. Leutkirch; Erlenmoos, Ober-, Unter-Dettingen, O.A. Biberach.

4—6) Bassmannshausen, O.A. Laupheim; Siggen, O.A. Waagen; Bergheim, O.A. Biberach.

CCXCVII.

Berthold von Laubach übergiebt dem Kloster Ochsenhausen bei seinem Eintritt in dasselbe Güter in Laubach und Dapfen.

(um 1129.*)*

Notum sit cunctis presentibus et successuris, qualiter Bertoldus de Lŏba, semetipsum abnegare et Christum sequi in cella Ohsenhusensi cupiens, contradidit deo et sancto Georio in stipendia fratrum inibi militantium predia, quę se hereditaria successione attigerant, vel

que per se conquisierat, diebus et annis libere possederat, firmiterque omni proprietatis iure abdicato, ut moris est delegavit, scilicet in prenominata villa, Lôbahu [1]) dicta, duos mansos, in alia, Taphen [2]) vocata, quinque, suis omnibus cum appendiciis, cultis et incultis, silvis, pratis, aquarum decursibus, intuitu videlicet ęternę retributionis. Hanc autem traditionem conprobat et confirmat, tam presentis carte conscriptio, quam et idoneorum qui aderant testium astipulatio, quorum hec sunt vocabula ... [3])

Nach dem unter nr. 257. S. 323 bemerkten Diplomatar des Kl. Ochsenhausen.

1) und 2) Laubach, Fil. von Reinstetten, O.A. Biberach, und Dapfen, O.A. Münsingen.
3) Die Namen sind nicht beigesetzt.

CCXCVIII.

Conrad von Zwiefalten und seine Gemahlin Mathilde stiften ein Gut bei Marchdorf an Kloster Ochsenhausen zu ihrer jährlichen Gedächtnissfeier.

(um 1129.*)*

Notum sit tam presentibus quam successuris, quod Chônradus de Zwvilde [1]) et uxor eius Mahthilt contradiderunt quoddam predium apud Marchtorf [2]) deo et sancto Georgio Ohsinhusin et fratribus inibi deo servientibus, ob remedium anime sue, ea videlicet condicione, ut sub una die amborum maior anniversaria commemoratio fiat, quippe cum vigilia et missa in conventu, ita plane, ut de predicto predio omnis congregatio habeat pulcrum panem et vinum. Istud pactum firmum manere sub anathemate decrevimus; insuper etiam hoc statuere: quamdiu vixerint in corpore, dentur sororibus duo maltera c h e r n i n, scilicet de molendino in Stadigun [3]).

Nach dem unter nr. 257. S. 323 bemerkten Diplomatar des Kl. Ochsenhausen.

1) Zwiefalten, O.A. Münsingen.
2) Marchdorf, bad. B.A. Meersburg.
3) Ober-, Unter-Stadion, O.A. Ehingen.

CCXCIX.

Graf Eberhard von Kirchberg übergiebt genannte Leibeigne in Lippertsweiler an das Kloster Ochsenhausen.

Bihlafingen 1129.

Eberhardus comes de Kirichperch, tradidit deo et sancto Georgio mancipia in villa Liupretistwilare [1]), quorum ista sunt nomina: Bertoldus. Irempurch. Matildis. Adelheit. Bertha. Gisela. Hęc traditio facta est anno ab incarnatione domini MCXXVIIII., luna XXIIII., indictione VI., feria prima, in villa Pilolvingen [2]), presentibus quorum ista sunt nomina: Otto de Kiricperch. Sigifridvs de Rogenburc. Heinricvs de Steiga. Adelbertvs de Eicheim Pilgerinvs de Hurwele. Marcwardvs et Meingoz de Suendi [3]).

*Nach dem unter nr. 257. S. 323. bezeichneten Diplomatar.

1) Lippertsweiler, O.A. Waldsee.

2) Bihlafingen, O.A. Laupheim.

3) Schwendi, O.A. Laupheim. Wegen der übrigen Namen zu vgl. S. 375, Anm. 2 und 5, und S. 377, Anm. 8.

CCC.

Herzog Welf von Baiern überlässt die Zelle des heil. Pantaleons und Andreas in Buchhorn dem Kloster Weingarten.

Altdorf 1130. *Januar* 6.

Guelfo, dei gratia dux Noricorum, universis huius aetatis et futurae salutem et omne bonum. Audientiae omnium vestrum duximus ventilandum, quod nos monasterii in Wingarten beneficia, ex praeclaris nostris parentibus a primaria fundatione collata cupientes accumulare, cellam de Bůchorn, in honore sancti Panthaleonis fabricatam, cum ecclesia sancti Andreae, in nostram iurisdictionem a viro illustri Ottone, comite sancti loci, cum omni patrimonio suo, iuste ac legaliter devolutam, provisioni seu regimini Chunonis abbatis memorati monasterii, et omnibus suis successoribus committimus, et devote subiicimus, quatenus sanctimonialibus, deo et sanctis suis professione regulari illic famulantibus, de priore ad regendum ipsas et curam plebis habendam apto [1]) provideant, ibidemque regularem vitae disciplinam procurent custodiri. Interdicentes, ne aliquis nostrorum successorum aut haeredum ad quos iusta successione devenerit advocatia Weingartensis, praescriptae cellae advocatiam praesumat alienare, aut ullo modo aliquem infeudare. Quod si quis ex ipsis, immemor huius decreti, hoc violaverit, vi careat et nullius sit firmitatis, sed in aevum, sicut in ecclesiastica, similiter in protectione seculari, fabrice praescripte nostrorum recolendae

memoriae progenitorum inseparabilis adhaerebit. Datae et ordinatae apud Altorf, in epiphania, anno dominicae incarnationis MCXXX. [2]), regnante Lothario imperatore. Astiterunt autem huic commissioni Hainricus frater noster. Rudolphus Bregantinus comes. Popo comes de Kirchberg [3]). Marquardus comes de Schwarzach [4]) et alii quam plures.

Nach der HS. des k. Staatsarchivs: De origine monasterii Hofensis, sitne unquam in praeposituram conversum, et de aliis eiusdem loci iuribus, anno 1595, auf Papier in Fol. Die Urkunde ist auf S. 8 der HS. mit der Bemerkung eingetragen: *Notandum has Guelphonis litteras Bruschium in historiam suam inseruisse, nec tamen eas originalibus, quae adhuc in archivo nostro asservantur, per omnia respondere.* Dieses angebliche Original ist indessen verschwunden, auch wird die Aechtheit desselben aus mehreren Gründen mit Recht in Zweifel gezogen. S. u. a. Stälin II. S. 272. — Abdruck bei Gasp. Bruschius, Monast. praec. Germ. S. 160 b (Ausg. v. 1551). — Crusius, Annal. Suev. I. Lib. IX. c. 14. S. 350. Mager, Adv. arm. c. 3. S. 89. — Fr. Petrus, Suev. eccles. S. 444. — Lünig, Reichsarchiv XVIII. S. 686. — Scheid, Orig. Guelf. II. Lib. VI. nr. 31. S. 472 (bei letzterem nach Brusch).

1) und 2) So lesen die sämmtlichen angef. Ausgaben. Die HS. hat unrichtig *curam plebis aptum* und ebenso unrichtig *MCI.*, letzteres jedoch mit der ausdrücklichen Bemerkung, dass das Orig. diese jedenfalls fehlerhafte Lesart wirklich habe.

3—4) Die gen. Ausgaben lesen *Kyburg.* Der Name *Poppo* kommt nach Pipitz, die Grafen v. Kyburg, S. 14, um 1140 bei einem Gr. v. Kyb. vor, bei den Gr. v. Kirchberg, soviel bis jetzt bekannt, nicht. S. Stälin II. S. 405 ff. Unter Schwarzach wäre wohl das im Bregenzer Wald, östl. v. Bregenz, zu verstehen. S. übrigens S. 295. Anm. 7 zum lat. Texte.

CCCI.

Die von Cuno von Horburg und seinem Sohne geschehene Uebergabe des Orts Alsbach im Elsasse an das Kloster Hirsau wird von Walter von Horburg in Gegenwart des Pfalzgrafen Gottfried und andrer Fürsten wiederholt.

Strassburg 1130. *Februar* 17.

Notum esse volumus omnibus, tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, quod quidam Cůno de Horburc [1]), non obscuro genere ortus, et filius eius Cůnradus, huiusque equivocus de Sigoltisheim [2]), rogatu duorum clericorum, Bernhardi scilicet et Immonis, locum quendam in Alsatia, in episcopatu Basiliensi, in comitatu Ilcichi situm, Alwisbach [3]) dictum, sancto Petro et Paulo sanctoque Avrelio Hyrsaugię sub Brunone abbate tradiderunt, et, ut inibi monastica vita secundum regulam sancti Benedicti institueretur, devote rogaverunt. Equidem prefati clerici eundem locum ab Adilberto de Elrisbach [4]) pecunia emerant, in quo et aliquandiu habitaverant, et ad hec que diximus peragenda in eiusdem Cůnonis manus tradiderunt. Ergo postea, ut possessorum pariter et tradentium factum ratum et inconvulsum maneret et melius desiderii ipsorum utilitas convalesceret, prefatum locum etiam domno Folmaro abbati quidam Walterus de Horburc, predictorum hominum cognatus, quia ad eum

loci traditio iure hereditario pervenerat, in presentia Godifridi palatini et aliorum principum conmendavit, et ut hec firmius roborarentur coram regni principibus propalavit. Huius conmendationis, immo confirmationis testes sunt hii: Welf, frater Heinrici ducis de Bavvaria. Hugo comes de Dagisburc [5]). Wernherus comes de Habisburc [6]). Hermannus comes de Salmin [7]). Folmarus comes de Huniburc [8]) et Rǔpertus. Acta sunt hec XIIII. kalendas Martii, Argentinę, anno dominicę incarnationis MCXXX., indictione VIIII., anno vero regni Lotarii regis quinto.

Nach einer Abschrift des 12. Jahrhunderts auf dem drittletzten Blatt einer Pgt.HS. der k. öff. Bibliothek in Stuttgart mit der Bezeichnung Ms. Bibl. fol. nr. 71.

1) und 2) Horburg, östlich, Sigoltsheim, nordwestlich von Colmar, beide els. Bez. Colmar.

3) Alsbach unweit Sigoltsheim im gleichen Bezirk, ehemal. Probstei. Ueber den *comitatus Ilcichi* s. Schöpflin, Als. illustr. I. S. 660 ff.

4) Erlenbach? els. Bez. Schlettstadt, westl. von Weiler oder Villé.

5—8) Dagsburg, zerst. Burg, els. Bez. Zabern; Habsburg, Kant. Aarg. Bez. Brugg; Salm, els. Bez. Zabern; Huneburg desgl.

CCCII.

Bischof Siegfried von Speier bekräftigt die von Markgraf Hermann und seiner Gemahlin Bertha geschehene Schenkung eines Guts in Heiningen an die heil. Pancratiuskirche in Backnang.

1134.

Notum sit omnibus, tam modernis quam posteris, qualiter marchio Hermannus ex consensu Berthę contectalis suę || predium suum in pago Hvningen [1]) situm, in comitatu Adelberti, quod iure hereditario possederat, ęcclesię sancti Panchratii || in Baggenanc fratribusque inibi Christo secundum regulam sancti Augustini servientibus pro remedio animę suę et uxoris suę || Berthę, omniumque parentum suorum contradidit, duobus mansis exceptis, quos Cǔnrado de Wolfesselden [2]) et fratri eius Ottoni in beneficium concessit. Quia vero redditus prefati predii Bertholfus de Ingirsheim [3]) in suos usus pro quibusdam negotiis mancipaverat, statutum est, ut, si quando Bagginacensis ęcclesia, sive per se, sive per marchionem de manibus pretaxati viri qualicunque pactione illud redimere posset, cum omni utilitate quę inde proveniret, libere et absque ulla contradictione possideret. Hęc autem tradicio facta est anno dominicę incarnationis MCXXXIIII., indictione duodecima, Lotharii regis anno nono, Adilbertho archicancellario, regente Spirensem ęcclesiam Sigefrido venerabili episcopo, Bertholfo predictę ęcclesię preposito. Aderant etiam de congregatione, quando traditum est allodium, fratres religiosi et probabiles viri, qui cum ceteris assistentibus testimonium prebent huius rei: Adelbertus. Heinricus. Richardus. Rǒpertus. Drutmannus

presbyteri. Uvolpodo parrochianus. Adelhohus acolitus. De conservis: Adelbero. Uvolframmus. Sarnagel. Theodericus. Macelinus. Wolfganc. Godefridus. De laicis, tam liberis quam servis, Bertholdus de Ingirsheim. Cŏnradvs et frater eius Otto de Wolfesselden. Uvaltherus de Ŏthenbrugge [4]). Uvignandus de Grecingen [5]). Rŏdgerus de Blidoluesheim [6]). Adelbertus de Mereuelt [7]). Landolt. Reginolt. Hartmŏt. Eberhart. Gebino. Harthunc. Rŏthart. Ezzo. Liupolt. Reginbolt. Hęc scripta sigilli nostri impressione corroboravimus, ut si quis ea ulterius infirmare temptaverit, auctoritate apostolica et nostra vinculo anathematis obligatum se cognoscat.

Das Siegel, das den hinterlassenen Spuren zufolge rechts auf der Urk. aufgedrückt war, ist verloren. Von älterer Hand ist auf der Urk. bemerkt: *Circumscriptio sigilli: Sigefridus dei gratia Episcopus Spirensis.* — Abdruck bei Schöpflin, Hist. Zar. Bad. V. S. 79. nr. 37.

1) Heiningen, O.A. Backnang.
2) und 3) Wolfssölden, O.A. Marbach; Gross-, Klein-Ingersheim, O.A. Besigheim.
4—6) Jettenburg, O.A. Tübingen; Grötzingen, O.A. Nürtingen; Pleidelsheim, O.A. Marbach.
7) Unermittelt. — *Conservis* auf der 1. Zeile dieser S. wohl Schreibfehler des Orig. für *conversis*.

CCCIII.

Pabst Innocenz II. nimmt das Kloster Lorch mit dessen Besitzungen in seinen Schutz und ertheilt verschiedene Bestimmungen über dessen rechtliche Verhältnisse.

Pisa 1136. *April* 24.

Innocencius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Crafdoni, abbati monasterii quod Laureacus dicitur in Augustensi episcopatu situm, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quociens a nobis ea que ad religionem et honestatis decorem pertinent postulantur, moras ad concedendum facere non debemus, ne differre bona desideria, que magis fovenda sunt, videamur. Proinde, dilecte in domino fili Crafdo abbas, tuis iustis postulacionibus duximus annuendum, et monasterium quod Laureacum dicitur, ab illustri viro Friderico duce, iuxta patris sui voluntatem ac desiderium, qui illud in proprio allodio fundaverat, sub censu annuo unius aurei beato Petro oblatum, sub apostolice sedis tutelam protectionemque suscipimus, et eiusdem apostolorum principis patrocinio conmunimus. Per presentis itaque scripti paginam statuimus, ut in eodem cenobio monasticus ordo secundum beati Benedicti regulam futuris temporibus inviolabiliter conservetur. Quecumque etiam bona seu possessiones ab ipsius loci fundatoribus, seu ab aliis dei fidelibus eidem loco collate esse noscuntur, aut quacumque in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, ducum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis idem cenobium

prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Ut autem fratres qui in eodem monasterio pro tempore fuerint divinis obsequiis mancipati, de bonis ipsius loci valeant sustentari, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus abbas, nulla omnino ecclesiastica vel secularis persona predicti loci possessiones et bona auferat, vel vendat, aut in feudum dare, vel aliquo modo distrahere presumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet surrepcionis astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres conmuni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint [1]) eligendum. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, vel basilicarum, benedictiones abbatum, ordinaciones monachorum vel clericorum vestrorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dyocesano suscipietis episcopo, si quidem katholicus fuerit et gratiam ecclesie Romane habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin catholicum quem malueritis adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli episcopo, vel advocato, vel eorum ministris, nulli eciam ecclesiastice secularive persone liceat prenominatum cenobium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexacionibus fatigare, sed omnia vobis integra conserventur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, eorum extreme voluntati, nisi excommunicati sint, nullus obsistat, salva matricis ecclesie iustitia. Decimas sane quas legittime possidetis et usque ad hec tempora quiete et pacifice possedistis, vobis nichilominus confirmamus. Ad indicium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis, et quod idem locus beati Petri iuris existat, bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si quis igitur huic nostre constitucioni ausu temerario contraire temptaverit, secundo terciove conmonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Conservantibus autem sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocencius, katholice ecclesie episcopus [2]).

Ego Guilielmus Prenestinus episcopus. Ego Guido Tiburtinus episcopus. Ego Gerardus presbyter cardinalis, tituli sancte crucis in Hierusalem. Ego Littifredus presbyter cardinalis, tituli Iustine. Ego Lucas presbyter cardinalis, tituli sanctorum Iohannis et Pauli. Ego Wido indignus sacerdos. Ego Azo presbyter cardinalis, tituli sancte Anastasie. Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi. Ego Guido cardinalis diaconus sancti Adriani. Ego Hubaldus diaconus cardinalis sancte Marie in via lata. Ego Grisogonus diaconus cardinalis sancte Marie in porticu.

Data Pisis per manus Almerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii

VIII. kalendas Maii, indictione XIIII., incarnationis dominice anno MCXXXVI., pontificatus domni Innocencii pape II. anno VII.

Nach der Abschrift im s.g. rothen Buch des Kl. Lorch (s. d. Anm. unter nr. 264. S. 235.) S. 3. — Abdruck bei Crusius, Annal. Suev. II. Lib. IX. c. 18. S. 363. — Besold, Doc. rediv. I. (Ausg. v. 1636. S. 720) nr. 2. der Lorcher Doc. — Fr. Petrus, Suev. eccl. S. 537.

1) Das rothe Buch: *previderint.*
2) Im rothen Buch steht vor der Unterschrift des Pabstes mit rother Dinte geschrieben: *subscriptio pape et cardinalium* und nachher: *cardinales.*

CCCIV.

Pabst Innocenz II. bestätigt das dem Kloster S. Blasien von seinem Vorgänger ertheilte Recht, Kirchen und Zehnten zu besitzen, unter ausdrücklicher Anwendung dieses Rechts auf genannte Kirchen und Zehnten, die es besitzt.

Im Lateran 1137. *Januar* 21.

Innocentius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis B. abbati et fratribus monasterii sancti || Blasii salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio fratres nostros || episcopos et abbates communiter honorare ac deligere debeamus, et ecclesiis sibi commissis suam ius||ticiam conservare, illis tamen propensiori cura nos convenit providere, quos beato Petro et sanctę Romanę ęcclesię constat specialius adherere. Huius rei gratia desideriis vestris clementer annuimus, et concessionem quam vobis privilegii sui auctoritate predecessor noster, felicis memorię Honorius, confirmavit, nos quoque apostolica auctoritate presenti scripto firmam atque ratam censemus, ut videlicet ęcclesias vestras et decimas pertinentes ęcclesiis, quas habetis vel habebitis et a laicis recipere annuente domino potueritis, vestris perpetuo usibus obtineatis, absque omni episcoporum vel aliorum contradictione, salva tamen episcopali reverentia. Propriis vero nominibus duximus exprimendas ecclesias, quas in presentiarum idem venerabilis locus possidet, cum utilitate decimarum. Ęcclesia Nallingin [1]), quę ab Anshalmo nobili viro cum dimidia portione decimarum est delegata. Ęcclesia Batimaringin [2]), quę ab Arnoldo cum medietatę decimarum monasterio est tradita. Ęcclesia Sneisanc [3]), quę cum media portione decimarum ęcclesię sancti Blasii ab Erlewino comite est oblata. Ęcclesię Berowe [4]) et Nunchilcha [5]), quę a Gotefrido etiam cum portionibus decimarum sunt collatę. In his ergo vestris ęcclesiis, et in aliis quas habetis, decernimus ut nulli omnino hominum liceat vestrum prefatum monasterium temere perturbare, vel quibuslibet vexationibus infestare. Si quis

autem huius nostrę confirmationis auctoritatem sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat. Amen. Data Lateranis XII. kalendas Februarii anno MCXXXVII. [6])

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — An roth und gelb seidener Schnur hängt die Bleibulle. Auf der Seite, auf welcher der Name des Pabstes steht, ist das Blei zusammengedrückt, so dass die hinter *papa* stehende römische Zahl nicht mehr deutlich ist. — Abdruck bei Neugart, Cod. Alem. dipl. II. S. 67. nr. 852.

1) Nellingen, O.A. Esslingen, ehemal. Probstei, gehörte noch spät dem Kl. S. Blasien.
2) Bettmaringen, bad. B.A. Bonndorf.
3) Schneisingen, zwischen Kaiserstuhl und Baden, im Kant. Aargau.
4) und 5) Berau, bad. B.A. Bonndorf; Neukirch, O.A. Rotweil.
6) Die Worte *anno MCXXXVII.* sind mit anderer Dinte geschrieben.

CCCV.

Pabst Innocenz II. bestätigt dem Kloster S. Blasien im Schwarzwald den Besitz des Klosters Ochsenhausen.

Rom 1137. *November* 29.

⁞ Innocentius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Bertholdo [1]) abbati monasterii sancti Blasii de Silva Nigra eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum. ⁞‖ Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore deo sine aliqua est dilatione complendum. Quam ob rem, dilecti in ‖ domino filii, vestris desideriis annuentes, monasterium edificatum a fratribus vestri cenobii in predio, quod nobiles viri Hawinus, Adhelbertus atque Chunradus, assensu illustris ‖ quondam ducis Welfonis, in loco qui vulgo Ohsenhusen dicitur, monasterio sancti Blasii in Nigra Silva devotionis intuitu tradiderunt, qui utique in pago Ramechgowe [2]) in comitatu Bozzę, apostolicę sedis privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona, tam in mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, exitibus et redditibus, agris acquisitis et acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et aliis utilitatibus suis, quę in presentiarum canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum, imperatorum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino idem locus poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Ita tamen, ut idem monasterium cenobio sancti Blasii omni tempore sit subiectum, et iuxta eius normam sive ordinem divinum ibi officium

celebretur, quemadmodum ab ipsa sua fundatione noscitur institutum. Decernimus etiam, ut nulli abbatum, sive potentum, nulli omnino hominum liceat bona predictę ecclesię de Osenhusen pertinentia temere perturbare, auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Priorem autem eidem loco non alium preesse sancimus, nisi quem abbas sancti Blasii providerit statuendum. De advocato quoque id ipsum nihilominus constituimus. Qui si forte inutilis apparuerit, alius sibi idoneus ad eiusdem abbatis arbitrium subrogetur, nullusque ibi alius de his qui minores advocati dicuntur, aliquo tempore habeatur. Si qui vero illuc ad conversionem venire voluerint, non licebit priori vel fratribus absque licentia abbatis sancti Blasii eos suscipere in suo consortio. Maiora sane negotia, utputa de edificiis transmutandis, vel beneficiis canonice concedendis, et his similia supradicti abbatis dispositioni et arbitrio reserventur. Si quis autem huic nostrę dispositioni contradictor extiterit, nisi reatum suum congrue correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Ihesu Christi alienus fiat. Conservantes autem, intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, a remuneratore omnium bonorum, domino, ęternę vitę premia consequantur. Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen.) [3]). Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.*)*

† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi subscripsi.

† Ego Gvido diaconus cardinalis sancti Adriani subscripsi.

† Ego Grisogonus diaconus cardinalis sanctę Marię in porticu subscripsi.

† Ego Iuo diaconus cardinalis sancte Marie in Aqui*ro* subscripsi.

Data Rome per manum Luce presbyteri cardinalis, agentis vicem domni Aimerici sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, III. kalendas Decembris, indictione I., incarnationis dominicę anno MCXXXVII., pontificatus vero domni Innocentii pape II. anno VIII.

Nach dem Original des General-Landes-Archivs in Karlsruhe. — Die Bleibulle, die anhieng, ist noch vorhanden, aber abgerissen. — Abdruck bei Hess, Monum. Guelf. praef. 4. Blatt. — Gerbert, Hist. N. S. III. S. 70. nr. 47.

1) Im Original *Bertholdi.*

2) Ueber den Rammagau s. Stälin I. S. 307.

3) Mit dem Wahlspruch: *adiuva nos deus salutaris noster.*

ANHANG.

DAS COMBURGER SCHENKUNGSBUCH

AUS

DEM ANFANG DES ZWÖLFTEN JAHRHUNDERTS.

Das Original des Comburger Schenkungsbuchs, welches im k. Staatsarchiv verwahrt liegt, besteht aus 8 Pergamentblättern in Folio, und gehört den Schriftzügen nach dem 12. Jahrhundert an. Die äussern Ränder, zwischen welchen die Schrift steht, und ebenso die Linien sind schwach mit dem Griffel gezogen, der obere und untere Rand etwa zwei Finger breit, der innere Seitenrand einen, der äussere häufig so weggeschnitten, dass auch die voranstehenden uncialen Anfangsbuchstaben der Scheere verfielen. Letztere sind regelmässig am Anfang der einzelnen Abschnitte oder Stücke der HS. gesetzt, welche immer mit einer neuen Linie beginnen. Die grössere Hälfte der ersten Seite des siebenten Blattes ist unausgefüllt, indem am Schlusse der zweiten Zeile einer eben begonnenen Aufzeichnung mitten in einem Worte abgebrochen wird. Von dem achten Blatte ist unten ein Stück herausgeschnitten, das aber unbeschrieben gewesen zu sein scheint, und ebenso ist es auch die Rückseite dieses Blattes. Die Schrift auf der Vorderseite dieses und der Rückseite des siebenten Blattes ist von der vorhergehenden etwas verschieden, aber eher älter denn jünger aussehend als jene.

Die HS. war anfangs zwischen 8 und ist jetzt noch zwischen 7 Pergamentblätter eingeheftet, welche derselben als Decke dienen. Die beiden ersten Blätter enthalten die bei Duellius Miscellanea II, S. 269 ff. abgedruckte Historia Monasterii Chombergensis, in Schriftzügen des 14. Jahrhunderts *). Das dritte, jetzt verlorne Blatt enthielt den Anfang des in dem genannten Werke ebenfalls noch vollständig abgedruckten Verzeichnisses der Comburger Aebte bis 1522, von Weyprecht Schenck von Schenckenstein. Auf dem vierten, jetzt dritten vordern und dem ersten und zweiten hintern Umschlageblatt steht der Rest jenes Verzeichnisses. Duellius hatte also auch noch das jetzt verlorne Blatt benützen können. Die beiden letzten Umschlageblätter sind leer.

Die Aufzeichnungen im Schenkungsbuche stützen sich ohne Zweifel auf wirklich vorhanden gewesene Urkunden, die aber vom Verfasser zu einer Art von Ganzem verarbeitet und mit einer Einleitung und sonstigen selbständigen Zusätzen versehen worden sind. Er wollte, wie es scheint, eine urkundliche Stiftungsgeschichte des Klosters niederschreiben. Von den im Auszuge mitgetheilten Urkunden fällt die älteste, der angegebenen Historia Monast. Chomb. zufolge, ins Jahr 1079, die jüngste 1108. Dass das Schenkungsbuch jedenfalls nicht bedeutend viel jünger sein kann als die darin verzeichneten Urkunden, ergiebt sich aus dem Alter der vorhandenen HS.

Früher abgedruckt ist dasselbe bei Duellius a. a. O. S. 281—292 und bei Menekenius, Scriptores rer. Germ. I. S. 390 ff., bei beiden jedoch höchst mangelhaft, insbesondre sind die meisten Eigennamen oft bis zur Unkenntlichkeit entstellt. In dem nachfolgenden Abdrucke ist die Ordnung der HS. beibehalten, jedem einzelnen Stücke eine Inhaltsanzeige vorgesetzt, und was von Anmerkungen erforderlich schien, unterhalb beigegeben.

*) Ein Stück davon auch bei Böhmer, Fontes rerum Germanicarum I. in den von dem Herausgeber so betitelten Michaelis de Leone canonici Herbipolensis annotata historica S. 451—53.

1.

Der edelfreie Mann Burkhard gründet das Kloster Comburg, und der Bürger und Dienstmann Wignand von Mainz stattet dasselbe reichlich mit Gütern an genannten Orten aus.

[fol. 1ª.] Per nomen sanctę et individuę trinitatis omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, notum esse cupimus, qualiter Burchardus [1]), vir preclarę ingenuitatis, triumphans mundum cum principe suo, destruxit proprietatis suę oppidum Kamberc [2]), et locum ipsum cum baltheo secularis milicię, miles Christi futurus, in arma regularis vitę. Ad hoc tam sanctę inchoationis perficiendum opus manus domini, quę Barnabam Paulo, dignum cooperatorem associavit eidem Burchardo Wignandum, Moguntinum civem et servientem, ob cuius consilium et promissionem cooperationis tradidit sancto Martino ipsum locum cum omnibus pertinentiis suis. Ex hoc idem Wignandus, cum hoc tam grave talentum idem, Kamberc ecclesiam, contulisset sancto Martino, quasi servus evangelicus, domino suo omnia bona quę in loco, qui iuxta Mogontiam Castellum [3]) dicitur, habuit edificiis, agris, vineis, sanctis dei confessoribus Martino et Nycolao contradidit. Preterea idem Wignandus multa multorum predia eidem Kambergensi ęcclesię acquisivit, nihil horum in suam proprietatem redigens, sed viros ingenuos, ex quibus hęc verbo et argento emit, eadem ad altare sancti Nykolai sub testimonio delegare fecit. Ex hac diversitate prediorum queque singula, idem [4]) loca in quibus sita sunt, ac delegatorum nomina, nec non et delegationis tempora decrevimus titulis ac testibus stabilire, ut Christo et sancto Nykolao servientibus inconvulsa possint permanere [5]). Inprimis Wignandus ipse, verus exspoliator mundi, operarius, pro denario edificandę domus domini tradidit sancto Nykolao tres mansos et LX jugera vinearum in loco qui Castellum dicitur. Hę omnes traditio[fol. 1ᵇ.]nes harum omnium delegationum absque omni contradictione factę sunt singulę singulis testibus subscriptis stabilitę, ea vero ratione, ut hęc omnia predia, licet in diversis ubivis terrarum locis seposita sint, sicut tamen ad unum caput pertinentia intus habent unum patrem monastici regiminis, sic et foris non habeant preter unum advocatum mundanę defensionis, nisi abbas ex advocato sibi subadvocatum petat, quem, et ubi velit, et quamdiu velit. Abbas tamen nullam potestatem habeat, ex his omnibus bonis; preter illa quę prius servientibus ęcclesię prestita erant, quid cuiquam prestare, set solummodo hęc pro Christo et Christi famulis ministrare. Si aliter fecerit, conditioni que in maiori

cyrographo [6]) continetur subiaceat. Hęc sunt predia que domnus Wignaudus tradidit ad altare sancti Nykolai Kamberc: in Castello Mogontinensi II mansos et dimidium et XL iugera vinearum, in Iegersheim [7]) XX mansos et totidem iugera vinearum, in Lampoldeshusen [8]) XVII mansos, in Uolcheshusen [9]) VI mansos, in Wideren [10]) I mansum, in Witigistatt [11]) X mansos, in Ingiluingen [12]) II mansos et dimidium, in Geizzebach [13]) VIII mansos, in Liuraha [14]) VIII mansos, in Dungetal [15]) II mansos et dimidium, in Tullouwe [16]) II mansos, in Ingesingen [17]) V mansos, in Lare [18]) IIII mansos, in Hisolnestat [19]) VI mansos et XX iugera vinearum, in Almaresbiunt [20]) XII mansos, in Wostene [21]) VII et dimidium mansum, in Cimberen [22]) VI mansos, in Mistelouwa [23]) VI mansos, in Cregelingen [24]) totius predii partes.

1) Aus dem Geschlechte der Grafen von Rotenburg a. d. Tauber.
2) Comburg bei Schw. Hall, und O.A. Hall, 1489 zum Canonicatstift erhoben, 1803 säcularisiert. Die Gründung geschah, nach der in der Vorbemerkung genannten Historia monasterii Chombergensis, um 1079.
3) Castel im rheinhess. Stadtbezirk Mainz.
4) Lies *item*. Die HS. hat später noch einigemal dieselbe Verwechslung.
5) Das Bisherige ist eine Art Einleitung zum ganzen Schenkungsbuch.
6) Diess ist die unter nr. 329. mitgetheilte Urkunde von 1090.
7—10) Igersheim, O.A. Mergentheim; Lampoldshausen, O.A. Neckarsulm; Volkershausen, O.A. Crailsheim; Widdern, O.A. Neckarsulm.
11) Ober-, Unter-Wittstatt, bad. B.A. Krautheim.
12—16) Ingelfingen, O.A. Künzelsau; Gaisbach, Laurach, O.A. Oehringen; Thüngenthal, Tullau, O.A. Hall.
17) Insingen, baier. L.G. Rotenburg an der Tauber.
18) Lohr, O.A. Crailsheim.
19) Eibelstatt, baier. L.G. Ochsenfurt.
20—24) Gross-Allmerspann, O.A. Hall; Wüstenau, O.A. Crailsheim; Herrenzimmern, O.A. Mergentheim, oder bildeten *Wostene* und *Cimberen* später Wüstenzimmern, jetzt Dörrenzimmern, O.A. Hall? Mistlau, O.A. Crailsheim; Creglingen, O.A. Mergentheim.

2.

Graf Heinrich giebt der Kirche zu Comburg all sein Gut an genannten Orten mit dazu gehörigen Rechten und Leuten.

Notum sit omnibus, quia Heinricus comes, ut cum fratribus suis Burchardo et Rûggero mercedis quemadmodum cohereditatis parti[fol. 2ª.]ceps fieret, posuit et suę cooperationis lapidem super fundamentum domus domini, deditque sacrosanctę Kambergensi ęcclesię, cum manu et consensu coniugis suę Gebe, omne predium suum cum omnibus ad id pertinentibus oppidis, villis, vineis, agris, silvis, aquis, utriusque sexus mancipiis, servis et servientibus, ut

eadem lege et proprietate, qua sibi, post se utilitatibus monasterii servirent. Nomina oppidorum hęc sunt: Rotenburc [1]), Nuinburc [2]); villarum autem: in Gebesedelen [3]) predium quod sibi in hereditatem contigit, vel quod ibidem emit, et vici illuc pertinentes; Viscaha [4]), et ad id pertinentia in Sulzdorf [5]), predia quedam in Oterbach [6]); Witenuuilare [7]) et predium quod Rilinde in hereditatem contigit in Taleheim [8]), quod comes habuit; Marcuuarteshouen [9]) et eo pertinentem saltum.

1—3) Rotenburg a. d. Tauber, baier. L.G.Sitz; Neuenburg mit dem vorigen vereinigter Ort, s. Stälin II, 701; Gebsallel, baier. L.G. Rotenburg.

4—6) Ober-, Unter-Fischach, O.A. Galldorf; Sulzdorf, Otterbach, O.A. Hall.

7—9) Wittenweiler, O.A. Gerabronn; Thalheim, O.A. Hall; Markertshofen, O.A. Crailsheim.

3.

Das Gut der Kirche zu Comburg in Stuppach wird gegen Zehenten des heiligen Kylian an genannten Orten vertauscht.

1095. *Februar* 14.

Notum sit presenti, et presentatum futurę fidelium turbe, qualiter factum est concambium cum predio Stûtbach [1]), quod ad ecclesiam Kambergensem pertinebat, in decimas sancti Kyliani: Michelbach [2]), Brecingun [3]), Brecingun [4]), Hirzuelden [5]), Gundelaho nominatum predium delegante, Heinrico, utriusque ęcclesię advocato, manu sua concambium confirmante. Corroboranda autem actę rei memoria utrimque placuit horum testium subscribi nomina: Cûno. Heinrich. Morhart. Huc. Wernhere. Reginger. Marcuuart. Adelhalm. Burchart. Acta sunt hęc anno incarnationis dominicę MXCV., indictione III., XVI. kalendas Martii, Heinrico imperante, Emehardo Wirciburgense episcopo.

1) Stuppach, O.A. Mergentheim.

2—5) Michelbach an der Bilz, Gschlachten und Rauhen-Bretzingen, Hirschfelden, alle O.A. Galldorf.

4.

Pfalzgraf Heinrich stiftet drei Theile eines Gutes in Creglingen zum Altar des heil. Nicolaus in Comburg.

[fol. 2b.] Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, qualiter domnus Heinricus palatinus comes, uxoris suę venerandę Adelheidis consensu, tres predii partes in Cregelingen [1]) sitas, coram haut parva clientum suorum multitudine, in liberas manus comitis Gozuuini, pro anima sua, patrisque et matris nec non et omnium parentum suorum, tradidit super altare sancti Nycolai Kamberc vice sua delegandas. Quod contigisse certum est eodem incarnationis dominicę anno quo Rûthardvs [2]), archiepiscopus Mogontiensis, antisticii infulam adeptus est. Huic delegationi non modica turba interfuit, e quibus hos nominatim testes huic cyrografo inscribi nil oberit: Heinricus comes, postea dux effectus [3]), et frater eius Cûnradus de Mereheim [4]). Gerlach de Rûmarsdorf [5]) et frater eius Willehelmus et Richuuin. Ruggerus comes de Rotenburc [6]) et Heinricus frater eius.

1) Creglingen, O.A. Mergentheim.
2) Rudhards Vorgänger starb 1088.
3) Graf Heinrich I. von Limburg in den Niederlanden, regierte von ungefähr 1081 bis gegen 1118, wurde nach dem Tode Herzog Gottfrieds von Bouillon Herzog von Niederlothringen und Markgraf von Antwerpen, im Jahr 1101. Art de vérif. les dates XIV, S. 148 ff. unter *Comtes puis ducs de Limbourg*.
4) Bei Ruremond in den Niederlanden, s. Stälin II. 540.
5) Ramersdorf? baier. L.G. Leutershausen, oder (Ober) Ramersdorf? baier. L.G. Ansbach.
6) Rotenburg a. d. Tauber.

5.

Graf Rugger erwirbt dem heil. Nicolaus in Comburg unter angegebenen näheren Bestimmungen das Gut Öllingen.

Hoc etiam tam presentium quam sequentium noticię dignum remur insinuandum, quod Rûggerus comes [1]) predium Ôthelingen [2]) a domno Sigiboldo sancto Nykolao iusta acquisivit emptione, pro quo Tithebach [3]) dedit in concambio, et in vico Gėzen [4]) II mansos et dimidium, cum I molendino, et XII talenta. Pro his tamen omnibus délegationem facere recusavit, donec mastrugam valde bonam et bovem unum et VI urnas vini daret, et insuper beneficium unum in Stedeberc [5]) ei quamdiu viueret prestaret. Hec autem delegatio facta est ante munitionem Rûchesheim [6]), horum testimonio: Morinzonis. Popponis. Sigefridi de Mechedemulen [7]).

1) Von Rotenburg.
2) Öllagen, baier. L.G. Röttingen.
3) und 4) Diebach, O.A. Galldorf, oder Künzelsau; Gaisdorf, O.A. Hall.
5) Stettberg, baier. L.G. Leutershausen.
6) und 7) Ruchsen, bad. B.A. Mosbach; Möckmühl, O.A. Neckarsulm.

6.

Adelbert von Bilrieth begiebt sich als Mönch in das Kloster Comburg und überlässt demselben alle seine Güter, Rechte und Dienstleute.

1085. *Mai* 14.

[fol. 3a.] Omnibus in Christo Ihesu pie viventibus intimandum censemus, quod deo inspirante, qui quos vocat iustificat, quidam preclarę ingenuitatis vir, Adelbertus nomine de Bilrieth [1]), militare cingulum cum seculi actibus deponens, semet ipsum abnegando in Kambergensi cenobio monachum se facie fecit et mente. Qui, ut nudus sequeretur Christum, prediorum et mancipiorum funiculo distributionis cum fratre suo Růggero divisione facta, partem que illi iure patrimonii obvenerat, libera manu sua in liberas manus Ődelrici de Burlougesuac [2]) legitime delegavit, delegandam super altare sancti Nycolai in Kamberc deo et fratribus ibidem coadunatis et coadunandis: mediam scilicet oppidi partem in Bilrieth, dimidium vicum in Creftelbach [3]) cum molendino vico adiacente. In Hohenstat [4]) et in Giselbrehteshouen [5]) quicquid habuit, Althenwineden [6]), Tiurizis [7]), Regenhereswilare [8]), Gebeneswilare [9]), Wndeneich [10]), cum omnibus ad hęc pertinentibus silvis, aquis, pascuis, agris cultis et incultis. Ministeriales etiam suos de Ramesbach [11]), Diemonem et Burchardum fratres, cum aliis utriusque sexus hominibus ad prefatum cenobium legitima traditione contradidit. Huius rei assertores veraci assertione hic inseruntur: Burchardus et fratres eius Růggerus et Heinricus, comites de Rotenburc [12]). Engilhardus de Lůbenhusen. Diemar de Burlougesuac. Anshalm de Ruchesheim. Marholdus de Scefouue. Erchenbertus de Gissendorf. Warhart. Gerbertus. Heinricus de Ummenhouen. Hemmo. [fol. 3b.] Acta sunt hęc dominicę incarnationis anno MLXXVIII., indictione VIII. [13]), II. idus Mai, Heinrico Romanorum rege IIII. regnante, Adelberone [14]) Wirciburgensem sedem regente, Hemmone abbate, Růggero eiusdem loci advocato.

1) Schon 1390 von Hall zerstört, das übrigens den zerstörten Burgstall noch bis 1505 von der Krone Böhmen zu Lehen trug. Er lag auf der Bergspitze oberhalb Cröffelbach, O.A. Hall.
2) Bartenwagen, O.A. Crailsheim.
3—7) Cröffelbach, Hohenstatt, O.A. Hall; Geifertshofen, O.A Galldorf; Altenwinden und Theuerzen, abgegangene Orte, die neben einander lagen. Auf der Stelle des letztern steht noch die Theuerzer Sägmühle im gen. O.A.

8—10) Riensweiler, abgeg. Ort östlich von Lorenzenzimmern, O.A. Hall; Gebenweiler? O.A. Welzheim, *Wndeneich*, unermittelt.

11) Ramsbach, O.A. Hall.

12) Dieser und die folgenden Orte sind: Rotenburg a. d. T., baier. L.G.S.; Lobenhausen, O.A. Gerabronn; Barleswagen, s. Anm. 2.; Rachsen, bad. B.A. Mosbach; Ober-, Unter-Scheffach, Geisdorf? oben S. 394. *vicus Geisen* oder *Giesen* genannt, Ummenhofen, alle drei O.A. Hall.

13) Die Indiction zu 1078 ist 1, nicht 8, welche letztere sonach auf 1085 fällt. Dieses Jahr dürfte nach dem, was über die Zeit der Stiftung Comburgs bekannt ist, als das richtige gelten.

14) Adelbero, Bischof in Würzburg von 1045—1085.

7.

Heinrich von Mulfingen übergiebt dem heil. Nicolaus in Comburg, für sich, Hagestaldeshusen und in Gemeinschaft mit seinen beiden Brüdern Eberhard und Wolframm Güter in Heimhausen.

Per nomen et gratiam salvatoris omnium omnibus notum esse desideramus, qualiter Heinricus de Muluingen [1]) villam Hagestaldeshusen [2]) sancto Nykolao tradidit, liberę conditionis iuri, ac postea ipse et duo fratres eius Eberhardus et Wolframmus II mansos et dimidium et molendinum unum in villa Heimenhusen [3]) itidem eo tradiderunt pro remedio animę suę et fratris ipsorum, quem occisum ibidem sepelierunt. Hęc autem delegatio absque omni contradictione heredum et coheredum facta est et firmiter stabilita, ea quidem pactione, ut eadem bona fratribus in usum deinceps veniant quacumque possint utilitate. Homines qui hęc possideant, generale placitum in Dungetal [4]) suo tempore querant. Abbati nequaquam liceat hęc eadem bona beneficiali iure cuiquam prestare, set ipsemet hęc retineat, fratribus Christo servientibus semper servitura. Si aliter fecerit, et si tercio commonitus, infra spacium unius anni non emendaverit, heredes ex conditione potestatem habeant ea tamdiu retinendi, donec advocatus ipsius ęcclesię cum consensu abbatis in usum fratrum ea recipiant. Et ut hęc a nemine possint infringi, placuit his subscriptis testibus stabiliri. Heinricus comes. Engilhardus de Lûbenhusen. Goteboldus de Burlougesuac. Craft et Ůdelrich de Rote [5]). Suigger de Hesendal [6]). Egesbertus, Heinricus fratres de Scefouue.

1) Mulfingen, O.A. Künzelsau.

2) und 3) Alkertshausen? in geringer Entfernung nordwestlich von dem nachfolgenden, O.A. Künzelsau, und Heimhausen, desselben O.A.

4) Thüngenthal, O.A. Hall.

5) und 6) Die abgegangene Burg Roth unweit Oberroth, oder die Burgruine Hohenroth bei Mittelroth, der s.g. Röthersthurm, O.A. Gaildorf, und Hessenthal, O.A. Hall. — Die übrigen Orte sind nr. 6, Anm. 12 erklärt.

8.

Heinrich von Mulfingen übergiebt dem heil. Nicolaus in Comburg Fischach und Benzenhof mit Zugehörungen für ein Lehen in Nenslingen.

1095.

Noverit qui velit, quod idem Heinricus de Muluingen [1]) predium suum Viscaha [2]) et Bennenhouen [3]), cum silvis et cęteris appendiciis, in liberas manus Heinrici, comitis de Rotenburc, pro beneficio in Nensilingen [4]) sito in proprietatem tradidit, et quod idem Heinricus, noster advocatus, idem predium in sua annum et diem continuit potestate, et postmodum sancto Nykolao ad servitium fratrum absque ulla delegavit contradictione, ut hi testantur qui presentes fuere: Engilhardus comes et filius eius Waltherus. Roho frater eiusdem Engilhardi et filius eius Heinricus. duo fratres de Altorf [5]) Winitherus et Richezo. Anno dominicę incarnationis MCII., indictione III. [6]) hę ambę traditiones factę sunt, regnante Heinrico IIII., Gunthero abbate, Heinrico advocato.

1) Mulfingen, O.A. Künzelsau. S. nr. 7, Anm. 1.
2) und 3) In dieser Verbindung wohl Oberfischach und Benzenhof, Parzelle des erstern, O.A. Gaildorf.
4) Nenslingen? baier. L.G. Greding, einige Stunden östlich von Weissenburg, oder Enslingen, O.A. Hall.
5) Gross-, Klein-Altdorf, O.A. Hall.
6) Die Indiction zu 1102 ist 10, nicht 3. Die Jahreszahl zu Indiction 3 ist rückwärts 1095, vorwärts 1110. Das erstere Jahr scheint mit Rücksicht auf die folgende Urkunde das richtige.

9.

Der Erzpriester Heinrich von Würzburg und Anshelm von Sindringen übergeben dem heil. Nicolaus in Comburg Lampoldshausen und Steinach.

Scripto etiam hoc ratum esse affectamus, quod domnus Heinricus, archipresbyter de Wirciburc, predium suum Lampoldeshusen [1]) et Steinaha [2]), cum omnibus appendiciis, libera manu in liberas manus Anshalmi de Sinderingen [3]) absque ulla delegavit conditione, et quod idem Anshalmus illud nihilominus, pro sua et eiusdem Heinrici parentumque suorum omnium salute, super altare sancti Nicolai, in presentia advocati Růtgeri et fratris eius Heinrici, et Engilhardi comitis et fratris sui Rohonis, et aliorum quam plurimorum contradidit, et quod idem Ruggerus idem predium sancto Nicolao [fol. 4b.] continendum ab eodem Anshalmo susceperit, et ab omni querela liberum annum et diem continuerit, et insuper, quod idem Anshalmus domino Růggero quamdiu vixit absque contradictione ulla detinuerit.

1) und 2) Lampoldshausen, O.A. Neckarsulm; Ober-, Nieder-Steinach, O.A. Gerabronn.
3) Sindringen, O.A. Oehringen.

10.

Burkhard erwirbt von seinem Bruder, Bischof Emehard von Würzburg, dem Kloster Comburg Günsbach und einen Theil von Krautheim gegen andre genannte Güter, die er tauschweise an diesen abgiebt.

1096.

